

Collegii Scotorum de Urbe

Ex dono D. Gulielmi Leslaei



OPVS NATVRALE POLITICVM



Ex OPUS Biblioth
NATURALE
POLITICUM,
Collegij IN QUO Scotorum

PRINCIPATUUM
Regimen indoles elementorum adumbrat. De Urbe

Ex dono D. D. Gull.

AUCTORE
Lesly presbyteri Scoti
Francisco Viliotto Ciue, & Medico
Collegiato Montisregalis.

Ex Collegij De Catalogo



Bibliotheca Scotorum Urbe Inscriptus

MONTEREGALI, 1659.
Cum Superiorum permissu.





[illegible]


40

Illustriss. atq; Excellentiss. D.D.

CAROLO EMANVELI PHILIBERTO HIACINTO DE SIMIANA

Planitiarum, Liburni, Castri noui, Roati, & Maretti Marchioni,

Generali Præfecto totius Militiæ Peditum Regiæ Celsitudinis Sabaudiæ, Equiti Torquato Virginis Annunciatæ; Magno Cubiculario, & Primo à Consilijs Ministro.



Vòd ego per depressa, & humilia reptans ad altissimos vertices tuos suspexerim, adscribetur, vel animositati meæ, vltra vires se efferēti, vel facilitati tuæ,

etiam deiecta subleuanti. Hunc tamen animum nunquam sumpsissem rudi, & impolito stylo perspicacissima tua lumina tentandi, quæ in composita, & subacta materia hærere consuescũt, nisi istius libelli titulus audaciã mentis promouisset; eò enim necessitatis perductus eram, vt videlicet aut elegantiam inscriptionis delerem, aut tibi nuncuparem. Dabis ergò veniam, si dum infirmitaté meam cognosco, materiæ de qua agitur præstantia compulsus, cogor patiẽtiam tuam incõpto, & non benè limato argumento vrgere. naturam quippè docentem Principes induco, cuius præcepta nisi à lustrata, & introspecta nõ proferũ-

tur. quare in illius secreta fallentia, & altè reposta descendendum est, antequam monita, & decreta capiantur; & hæc tot difficultatibus adepta Principibus proponere, incertum, ac arduũ facinus est, & præter quam in altissima indole versatis intutum. Hæc duo igitur ægrè cedentia dum voluo, non video cui arcanos istorum genios aptius, quàm tibi vni committam. tu enim naturam, non dicam quod rimatus sis, cum ipsius latebras ad ingenij tui lucem extraxeris, introspexisti ipsam, euisceraſti. maris terræq; miraculis intellectui tuo circuratis, sensus, mentemq; ad syderum, & planetarum corpora perduxisti, vt disciplinæ vel ar-

tes, ad explorandos naturæ recef-
ſus nullo tàm ſpecioſo glorien-
tur inuento, quod tibi non lu-
ceat, & magiſtra manu, & præ-
cipienti ratione tractetur. In ſe-
queſtra verò aulæ negotia, tua
te inſinuarunt cunabula; ſecretio-
ra conclauia naſcendi ſors tibi
recluſit: claritudo ſanguinis, &
longa auorum ſeries regum aſ-
ſueta miniſterio cum luce regiâ
aperuit; erectiſſima verò indoles
iuſſit te magiſterij ſummam ver-
ſare. Regalis Duciſſa Caroli
Emanuelis II. tùm lactentis tutrix
vti in ſuis deliberationibus pru-
dentiæ lumina ſemper emiſit, ità
in hac oſtentauit, qua te armis cō-
ſilijſq; præfecit, eò potiſſimùm
tempore, quo ſummopere muni-

ta

ta esse oportebat; vt hæream an hæc promotio plus honoris tibi, quàm gloriæ perspicacissimæ Reginæ contulerit, quòd turbidis illis annis rationes suas tuis permiscens, obfirmato, libratoq; consilio ex ruentibus rebus partim suspenderit, aut erexerit, partim ità despofuerit, vt quamuis à pluribus appetita dominij iura ad Regalem filij celsitudinē illibata concesserint; vt monstrum sit discerpta principatus mēbra, inter tot validas arces ab exteris armis insessas, paucis annis cordatissimæ moderatricis ductu, & solertia in suum corpus coaluisse. quę omnia perpendens sentiebam id opus tibi quodammodo factum suo met impulsu ad te vergere,

ità vt ipsi nec decorum esset sub alia clientela in lucem emicare, & tibi quammodo iniuriosum, si quod dotes tuas referebat, tibi vni nō sisteretur. fuit per aliquid temporis, non inficior, inter libelli titulum, & orationem quædam veluti modesta disceptatio, dum titulus in te vnum spectans, tamquam ad suam sedem maturatò illuc contendebat, cuius impetum destituebat oratio non exacta nec aptis verbis satis læuigata, quasi erubescens castigatissimis tuis luminibus scabrositates obijcere. vicit tandem titulus, vt ad te perueniret, hoc potissimùm argumento, quòd vel elegantia sui alterius labes obduceret, vel humanitas tua sine despectu asperitates

præte-

prætcrirct. Nollem intereà putares, me superbo libelli titulo ità indulgere, vt ex hoc aliqua documenta te excerpturũ sperem, qui iam omnia politices, & naturalis Philosophiæ pręcepta tuo gremio conclusisti. noui aliquid versatissimæ tuæ menti afferri nequit, quod non modo dicam te possidere, sed praxi firmauisse. studijs, & regia tot annos imbutus eximiorē pręceptorē, quã te tibi quęrere non potes. hoc siquidẽ vnum spectaui, vt scilicet ęquissima scita consulentem in istius libri lectione, hæc delectatio te caperet; consilia tua probare naturam.

Excellentiæ Tuæ

Addictissimus.

Franciscus Viliotus.

† 6

AMICE LECTOR.



Aturam in mundi medio librauisse terras vt suorum operum spectatorē hominem haberet, satis liquet. nam tot miracula solitudini struere insulsæ deliberationis laboriosum fuisset molimen, vti ineptæ aut saltem nimis angustæ mentis argumentum est, tanto spectaculo nō vltra communem intendisse parentem, quam vt oculos aduocaret. Vult introspici, non videri natura, elegantissimo prospectu visus aciem allicit, vt mentem ad secretiora moueat. minimum sibi est splendores promere. arcana sua luci non committit, quæ duntaxat meditantibus seruauit. tot fulgoribus in ordinis contemplationē

nos

nos inflămare cōcēdit, quomodo scilicet per vices mundū regat, cum tot mutationibus perduret, & perennet regnum suum inter assiduas iactationes: vt non politura animos nostros enutriat, sed præcepta ex ipsius speculatione deprompta stabiliant, ac illos, qui cæteros administrant, principatuū regimen doceant, perdiscantq; ij impe- ria nonnisi cum naturæ ligibus æternari. nam sicut quod naturale est, mora non decrescit, ità quod naturalibus administratur decretis, tempore non teritur.

Ideo quod opus tantæ maiestatis aggressus sim nemo iustè me arguet, aut consilij audaciam sanis rationibus perstringet. quod enim naturam tractem id ago ex ipsius imperio, cui nō se subijcere, homini ineptissimum est.

cur verò ad supremũ, & quasi inaccessum Principum apicem cogitationibus meis euolauerim; neq; alarum temeritatem aliquis æquè insectabitur, cũ has ex natura mutuatus sim, cuius duntaxat interpretem in hoc paruo volumine me præbeo. quare labor iste meus inculpatus exibit, cũ in eam desudauerit materiam, quam ope humani intellectus ex caligine aliquando erumpere iubebat ipsa natura. Stylus forsitan aliquã sustinebit cẽsurã, quod æquali rebus, quas versat, ornatu nõ decoretur. Fateor. Hæc pars me ab inceptis deterruisset, nisi iã cõpertũ habuissẽ synceros vultus nõ fucos naturã quærere. veritas vna est quæ sicut hãc admirabilẽ, & excellẽtẽ præstat, ita delectat, vt nisi per immaculatã veritatẽ indignetũ traduci.

Vale.

INDEX CAPITUM, QUAE in hoc Opere continentur.

scilicet

mina; quorum materia futilis, & inanis terra est, quæ è mõtium buccis, & foraminibus spirat.

Caput XVIII. Placidi venti inexhausti meant, furentes citò moriuntur: Principis liberalitas vsibus par semper est; interimit se ipsam prodigentia.

Caput XIX. pag. 464. Dum confluunt elementa ad inhibendum vacuum sese miscent, nullaq; mixtio perfecta est, nisi quam vinxit ignis, qui ideò potens est ad res fingẽdas, quia potest ipsas euertere.

Caput XX. pag. 482. Sicut ignis efformat mixta, quia ipsius vis mitigatur à frigore, ità dominationem legibus castigatam nobilissimos vnire principatus.

***

Ego

EGo Michael Antonius Robbius Societatis Iesu Theologus, de mādato Reuerendiss. Patris Magistri Fr. Gasparis Maijnardi Inquisitoris Generalis Montisregalis, perlegi librum cui Titulus: *Opus naturale Politicum, in quo Principatuum Regimen, Indoles Elementorum adumbrat*. Et cum nihil in ipso contineri contrarium Religioni Catholicæ, aut dispositioni sacrorum Canonum, & Constitutionum Apostolicarum, aut contra bonos mores, aduerterim; imò plurimum ex argumenti nouitate, ac multiplici, quam in se cōtinet, eruditione, vtilitatis hauserim; eum cum non exigua Auctoris laude, multoq; Lectorum fructu imprimi posse censeo. Monteregali die 18. Aprilis 1658.

Ego idem Michael Antonius Robbius

Imprimatur

Fr. Gaspar Mainardus Inquisitor Mōtisregalis.

Ego Emanuel Philibertus Martina Iudex vidi, & non dissentio imprimi. Monteregali die 2. Augusti 1658.

LECTOR

Typographi errata insigniora sic corrige, cæteris parce, vti punctis, & virgulis, extra ordinem positis.

Pag. 1. Lin. 4. procereritas, leg. proceritas
Pag. 2. lin. 6 pacuitate leg. paucitate
Pag. eadem lin. 20 præmētibus leg. promētibus
Pag. 12. 10 obuiuum leg. obuium
14. 11. terreę terræ
17. 1. vnguem vnguem
17. 13. vuiuersalem Vniuersalem
19. 24. luxiriosè luxuriosè
20. 19. Ilia illa
26. 28. Cęlat celat
30. 20. sommoq; somnoq;
43. 28. delecesserant discesserant
46. 11. firmus firmius
46. 26. præstinum pristinum
47. 26. optabi optabili
49. 8. dimersione dimensione
55. 1. generatrices generatricis
57. 5. xterna externa
58. 3. propriora propiora
62. 1. uelatile uolatilem
63. 4. salcedine salledine
64. 15. ventitant venditant
66. 9. lubda subdat
67. 8. oliosa oleosa

70. 20.

Pag. 70. 20. passerentur pascerentur
74. 14. emongititur emungitur
73. 17. apropinquare nos apriopinquare
91. 10. regidumq; rigidumq;
93. 28. ventitat venditat
99. 2. Sardooum Sardoum
95. 27. inuolubris inuolucris
102. 12. tueri nequit tueri se nequit
103. 22. superficem superficiem
104. 11. Cùm fluctus geminum cum fluctibus geminum
108. 28. eo eò
111. 24. Constructa constricta
113. 22. exereuit exercuit
113. 28. æstuas æstua
115. 6. pouocant prouocant
116. 13. artis arctis
117. 26. nequunt nequeunt
119. 1. augumentum augmentum
119. 26. ciuiles ciuilis
122. 20. hostili hostile
122. 25 luxuriè luxurie
123. 5. eruciatu cruciatu
123. 28. femiliæ familiæ
131. 26. merias miserias
134. 14. italiarum italiearum
135. 11. ennnucianda enunciańda
135. 15. prothetypon prothetypus
136. 4. Sepere Sepire
139. 5. arcescens arcessens
143. 8. incelsum incessum
143. 15. instrabili instabili
147. 5. ęgestates egestates
155. 24. dum dein

Pag 156. 6. fiſtulorum fiſtularum
157. 18. penetrationem penetrationem
175. 18. aliquod aliquid
177. 16. hijdaſpide hijdaſpe
181. 27. auraſienſis arauſienſis
182. 77. Infinitas infinitas
194. 19. gitur igitur
195. 22. papulum pabulum
199. 1. fragrantibus flagrantibus
199. 2. comperierunt compererunt
209. 18. veſtigalium vectigalium
209. 25. linqueſcens linquens
212. 23. in hoc in hac
217. 5. eccelentia excellentia
217. 16. iſta noſtrum iſta ſe in noſtrum
220. 6. ex vtriuſq; ex vtraq;
237. 21. quipus quibus
240. 22 concrepit concrepat
255. 2. opulentia opulenta
258. 2. quę natura quam quæ natura
266. 7. exprobatione exprobratione
276. 21. beneficientias beneficentias
283. 12. redditu reditu
332. 3. ventitabat venditabat
344. 25. ventitant venditant
345. 27 retijs retibus
350. 12. concreperent concreparent
356. 19. ventitare venditare
357 17. ad ſenſum ad ſenſum
357 19. marecicere marceſcere
378 26. crebitas crebritas
383. 14. obſtinebit obtinebit
383. 20. indicet indicat
390. 19.

Pag. 390. 19. vñquam ñnuquam
395. 16. ludriei ludieri
403. 5. Populsata populata
403. 20. faticata fatigata
414. 1. ignolceret ignesceret
431. 28. facelcit facessit
434. 20. ventitare venditare
442. 23. speonere seponere
459. 14. exilare exilarare
465. 14. inquloamenta inquinamẽta
465. 24 tadem tandem
478. 11. intentiores intensiores
484. 3. Dominum Dominium
486. 3. inlellexerunt intellexerunt
493. 1. politices politice
495. 27. politices politice
501. 5. on non
503. 7, habbeunt habebunt

F I N I S.



AD SIMILITVDINEM humani corporis, in terræ penetralibus alimentum extituris fructibus elaborari perpetuoſq; fumos in apertum emitti, ac per terrenum corpus cæleſtem virtutem propagari, à qua præcipua naturæ opera emanant.

Caput I.



ERRÆ ſumma percurrere plagarum immenſitas, rupiũ procereritas, hiatuum horror, fluminũ interiectio, lapſus vallium, inuictũ æſtiuis ardoribus gelu, nõ coercita brumis inconſtantia arenarum, ineluctabilis lacuũ pigrities, non comperta vada, fallentes viæ, ſed præ cæteris incõprehenſa maris vaſtitas prohibet, quod terræ circumfluum continuationem ſcindẽs variè lacerat, ac diſterminat, & ad ſui genium figuras ordinat.

Tot rerum facies ad pulchritudinem telluri impressas esse delicati, morosiq; homines sibi forsã inducent in animum; quod præcipuè id habeant hominum sensus, vt varietate instaurentur, obiectorum verò districti paucitate languescant. Quippe rerum imagines, si diutius possideant animum, longa mora mæstitiam incutiunt, vel saltem gaudium obtundunt; itaq; delectatio sensuum inertit, vel exoluitur, vt argumentum mæroris exigat, si debeat erigi; alioqui ipsa oblectamenti diuturnitas semetipsam iugulat. Intenderat igitur Deus exornare terram, quę non tantùm corpora, sed affectiones pasceret, & insatiabiles voluptates, si non exsatiaret, saltem nouitate rerum occuparet, & distineret.

Seueriora promẽtib9 iudicia cõplacitũ est, Deũ in orbis cõditione spretis cupiditatib9, ad ipsas dũtaxat necessitates respexisse, atq; in has omnem terrarum architecturam conuerti: sic scopulos circumsistere mare, qui procellosos impetus arceant, quasi munimenta terrę, ad defendendum formidatum hostem: datos esse montes, vt egerant fluuios, distut-

distribuantque in vniuersam tellurem, necnon turbinum, ventorumq; procellas compescant, qui sine tali obice planitiem insolentius popularentur: plana, accliuia, humilia, arcta, flexa, curua, obrupta, verticosa, concaua, pendentia, ne cataclismis sepeliretur tellus, vel venti nullo obiecto repagulo, ad arbitrium insolescentes cuncta miscerent, neue eodem modo exurenti soli humus vniuersa pateret, qui fęcũdat, absumit, exhaurit, cuius aspectu recreantur fructus, dum ad sui vsum adflantur: Sol enim alios assiduo contactu maturat, alios perdit, & vmbra, quam positionũ inæqualitas diffundit, persępè ab imminenti interitu, & combustione multos vindicauit. Plantarum quamplurimæ radicescunt in sicco, non paucæ in humido altius descendunt, pleraq; pars mediocrem soli naturam desiderat: eleuanda idcirco erat alicubi tellus, vt effusos nimbos citissimè excuteret, alibi deprimẽda, vt colligeret, ęquanda alibi, ne superuacua humiditas sata corrumperet, vel arescens siccitas emaciaret.

Aliter politiæ studiosi loquentur,

nimirum ex obliquitate, vel rectitudine solis, & ex peculiari ſyderum influxu non omnibus terris eodem, diuerſam cęli temperiem prouincijs inſtitui, hinc nationũ diſſonam, & altercantē emerſiſſe naturam, quas malè ſibi cohærentes pelago, montibus, ſiluis, amnibus diſſociauerat Deus, ſuaq; veluti ſepe regiones diſcriminauerat, ne diſſonarum gentium miſcellam perturbatio, & ſimultas inceſſeret.

Qui verò motum infulciunt terræ, vt illam à quiete deturbent, huiuſmodi ſententias protelabunt, telluremq; aſtruent tanta locorum inæqualitate contextam, vt facilius ab impellente aere circumagatur. Itaque immenſa liquentis, ſolidiq; æquoris ſpatia concauo nauis aſſimilabũt, altiſſima iuga ſupparis; humiliores verò montes, inſtar velorum, protendi, in quos illiſus aër totam orbis inferni molem ſecum voluat; reliquum verò deflexum, & ſummum, deiectaſq; potiſſimũ valles ad iuuandum motum mirè diſpoſitas, intra quarum anguſtias non explicatus aer plus virium nanciſcitur, terramq; ad rotationem incitans, ordinatiſ-

natiſſimum circumactum inceſſanter, & compoſitè digerit.

Nos, qui terræ ſtatū religiosè veneramur, ſuperioribus rationibus in quietā mentem adhærere cogimus. Deus omnes ſuas architecturas ità direxit in vſum, vt pulchritudinem ſimul affricaret, ne quid operis extaret ſui, quod omnimodā non redoleret diuinitatē. Poterat animam alij corpori infundere, vel diuerſimodè ordinare compaginem; voluit tamen duobus pedibus totam molem inniti, brachia vtrimq; pectori inſeri, caput ſupra collū erigi, & comarum decore, oculorum ſplēdore, rubore genarum, cutis albedine vultum honeſtari. Si liceret nobis minima animalium corpuſcula adamuſſim ſpeculari, quæ latent oculos, & contemptim pedibus teruntur, admirantes cōpoſitionis ornatum fateremur eximio ordini incubantem pulchritudinem rerum auctorem detegere Deum, cuius opera ſplendent quidem in ſuperficie terræ, ſed multo magis emicant vbi ſe claudunt. Intus nēpè pertuſa, depexaq; tellus eſt, gurgites, charybdes, latibula variè figura-

ta per viscera excurrunt; itaq; corporis soliditatem diuellunt, vt videatur natura extruxisse sibi ædes, antra, porticus, conclauia, aulas, cubilia, gynæcea, in quibus continuò excudat, malleet, aut digerat, quæ rerum expediunt vicissitudini, mortaliumq; generationi conducunt; qui recessus omnes, licet primo quidē aspectu inutiles adiudicentur, egregiè tamen ordinati sunt, eaq; in facti materia, quç indefessè agitata quotidianis occurrit deuastationibus, & nouitijs mixtorū ortib⁹ suppetit.

Forsitā animosior aliquos incesset opinio, eoq; impellet, vt asserant latebras, cauos, promptuaria materia nō compleri, vt natura vegetet, sed ideò terris indita, vt globum in medio librarent; in structura mundi non tantùm suam prodidisse Deum potentiam, sed etiam arcana aperuisse sapientiæ. Non erat illi magnū telluri assignare sedem, à qua dimoueri non posset, sed egregium putauit hanc ita instituere, vt ininssa, nulloque imperio coercita vi structuræ subsisteret, vel in aeris lubrico suspensa; stuperetq; homo ingenium potius architecturæ, quā obe-

obedientiam, vel imperium. Maria, planitiemq; promontoriorũ, & rupiũ theatra complectuntur; hæc non secus, ac valles aer ingreditur, qui vacuos complens sinus ex omnibus partibus æquali confluens nisu molem fulcit, immensumque regit pondus. In mari quidem rostratæ naues fluitant, quia dumtaxat dorsum humidi premũt, fundoq; attingunt. At terranea sphæra vndique circumuenta aere, & ad æquilibrium librata circumcirca vniformi hærens basi, æquali fulchro ex omnibus partibus immota sustinetur, stabilisq; pendet.

Sed iam commenta ista postponamus. Media terræ regio, quæ inter centrum, & extremam hanc superficiem interest, spongiæ instar anfractuosa immensis spatijs dilacerata est; omnes terrarum voragines, & cauernæ aqua, aere, spiritu, vel igne stipatæ sunt. Natura in mixtiones, & propagationes cõuersa his horroribus inducias nullas feriasq; pmisit, sed inter se cõtraria cõmittens indissolubile in tenebris parauit bellum, & nunquam diremptam pugnam incendit, quæ mixtorum mi-

rè ordinat concordiam. vt omnia adamussim percipiamus, corporis humani motus perpendemus.

Hoc multæ occupant capacitates pectoris, stomachi, arteriarum, venarum, intestinorum. In cerebro tres merguntur ventriculi; binis cauitatibus cordis soliditas finditur; cutis, & ossium continuationem foratus, scissiones, meatusq; soluunt. Tot verò laxitates nulla inanitate frustrantur, humore, aere, spiritibusq; semper astantibus; calorem natiuum occupationibus vacuum vita non patitur, cui vacationē dare mors sola potest. Quotidie perit homo; vltimum verò fatum nutritio in senium arcet. Sensus, nerui, & ipsa ratio exhauriunt spiritus: tota compago sanguinem absumit; momento temporis multum destruitur, & multum conditur; ideo fornaculæ hinc inde collocandæ erant, vt spiritus, & humores cuderentur, ne corpus ante præscriptam metam occumberet. Terunt cibum dentes, quem ventriculus in chylum præstat, hepar colorat in sanguinem; purgamentum extra corpus sua deferunt emissaria; humor, qui

meat

meat in venis purior, ac defæcatior additione aeris, cogente calore in spirituum agmē effunditur, qui naturalibus functionibus præsto sunt. Isti ad cordis capsulas transmissi à calidissimo viscere in quendam veluti flammę vaporem elaborantur, præcipua vitę ministeria obituri: rursus per arterias in cerebri cauitates effusi, vltimum caloris natiui conatū experiuntur, omniq; terrestritate purgati, ac cælestiores facti tamquam lumina organorum obscuritatem illustrantia, ipsi lucent animæ, sensum, mentisq; conceptum irradiant, nec maiori celeritate sol terram euerberat, ac humanus oculus medijs hisce spiritibus remotissima adit obiecta. Sanguinis verò portio densior, & crassior à reliquis partibus in sui alimentum rapitur, inibiq; aliquantisper detenta in carnes, neruos, & ossa facessit. Hac via infantilis statura adolescit, atque animal vltimam attingit ætatem, quod alioqui alimento destitutum septima dies conficeret.

Nihil tamen contemplabilius est, ac supercilium nos iubet erigere, quam secreta, & inuisibilis perspiratio, quæ

omnes sensibiles euacuationes longè vincit. Medicina quippe statica, quæ imperceptibilem, & arcanam dissolutionem ponderat tantum exhalari cõtijcit naturali die, quantum per aluum quindecim dierũ cursus deponit. Egerit sanus homo vnius noctis spatio quindecim vrinæ vncias, crassiorum escrementorum quatuor, per ocultos verò aditus quadraginta, & vltra nescius expirat. Ex quibus intellige, si tantum nobis incognita suffurantur spiracula, quam parum illud sit, quod ex lauta ciborum copia alit, & reficit, quantumq; operetur natura in modici alimenti structura, quæ stomachum animalibus amplissimum dedit; videlicet quia nequit ex multo, nisi parum aliquid vtile, & proficuum trahere; cum ex eduliorum libra ad summum tres vnciæ depurentur in sanguinem, & ex ijs vix vna abeat in carnes. Tanti ponderis est, in quod vltimum natura desudat, quæ suorum facinorum integrationem multis dumtaxat dispendijs consequitur. Disponente Deo, nisi per improbos labores mundum non stare: Pomum adspicimus, & contẽnimus

ignari.

ignari contemptum fructum hausisse labores annuos, huic esse anni tempora vicissim operata, huic alimentum preparauisse hyemem, dispensauisse ver, coquisse æstatem, consumauisse autūnum, quo anni tempore exucta tellus nequiret in fructuum productionem consurgere, nisi hyemali glacie constricta, caloreq; intus compulso, futuris tempestatibus erupturam aggereret materiam. Ne putes ea momento fieri, quæ ordinauerant secula, vel casu patrari, quæ elementorum consensus, vel mundi conspiratio præcesserunt. Pilos, & vngues fabricant menses, adeò naturæ viles, vt eos ab excrementis educat. Herbarum vilissimam annus digerit: millenaria non otij, sed indefessæ operationis, auri, & argenti absolutio desiderat. Terræ corpus coqui, & recoqui debet, antequam alendis plantis obnoxium sit, concretum emollitur, aperitur, disijcitur, ex crasso tenue, ex lento fit meabile, ex viscido fluidum, vt in omnes queat formari figuras, vel figurari formas.

Considera quantas operationes moliatur terra, quot germinent, quot ca-

pita tollantur, quantis fructibus grauētur plantæ, quot nouitij lapides in dies emergant, quantus splendor, quanta videatur opacitas, quanta colorum varietas, odorum multitudo sensus nostros feriant, quanta nutriant, quanta delectent? debent hęc omnia primò nasci, mox ali, dein adolescere, tandem propagari. alimento ieiuna statim caderent; nec alimentum obuium est: magno constat illud. calorem in primis, qui agat, omnis exposcit operatio, tum materia requiritur, tot rerum confluxu, & proportione concinnata; in cuius elaboratione aduersæ elementorum conferuntur manus, fit prælium, dein pax, incerta tamen, & breuis; cum qualitates conciliatæ non sint, sed coactæ, & dominium ægrè ferentes assiduis pulsibus iugum tentent excutere, donec vnionem, mixtionemq; scindant, sine quarum reparatione mundus non staret; ideò recēs molimen inuentat natura, vt nulla data mora durationem, ac propagationem nouis compositionibus æternet.

His de causis in visceribus dilatandi erant aditus, discerpenda tellus, excauandi

uandi gurgites, in quibus non secus, ac in corporis humani cauis alimentum elaboraretur. Laxiores voragines mare ingreditur, quod non solum aquam, sed sulphur, & salem rerum initiamēta secum defert, & per totam vastitatē circunducit. Emendata tandem aqua per canales ad auras emergens summa telluris irrigat, ingratam expungens ariditatem. Intereà sal, & sulphur ad reparandas creationes in visceribus stabulata per totam molem distribuū- tur, quorum ope metalla, lapidesque conflantur, subterranei ignes, halitusq; vigent: nam reliquæ terræ charybdes, quas aqua non insidet, igni, aeriq; dicatæ sunt, qui ad interiores generationes incumbunt, perpetuas exhalationes, ac vapores in sublimia deuehūt, summamque tellurem productionibus lassam, & effętam, calore, humidoq; pingui, ac radicali recreant, & farciūt, ferèq; emeritam nouo auctoramento in augmentum sobolis, recentesq; fętus adigunt.

Aliquem fructum degustandum nobis proponamus, intacto tamen cortice, illibataq; medulla. Reiecta enim

suaui-

ſuauitate doctrinis animum delecte-mus, non ſaporibus ſenſum. Per incre-dibiles circumuolutiones in frugis ma-turationem itum eſt: omittimus cæle-ſtes confluxus, vel pluuiarum, vel ro-ris, vel ventorum, quibus ſuam lucem reſeruamus. non eleuemus, dep
rima-mus nos, mentemq; in profundiſſima depreſſam altiſſimè erigamus. Abyſſi in pyri generationem conſpirarunt; è terræ centro primam deduxit origine͂. Vide ex quam humili, obſcuroq; loco nobiliſſimus partus ſuorum trahat ru-dimenta natalium? ex his locis ad fer-tilitatem telluris delegata eſt aqua, ac-cenſa flamma, compulſæ exhalationes, detruſi vapores, quæ omnia ſuperiora terræ rarefaciunt, ſpiſſas glebas reſol-uunt, impinguant, fermentant, ac de-functum ſeminarium caloris, ſpirituu͂, & pinguedinis collatione reuocant: na͂ terra aquarum irrigatione tumet, te-nereſcit, morbidatur, rigorem, & au-ſteritatem abigit, maieſtate poſthabi-ta vulgat ſe, fractaq; contumacia du-ctibilem, facilemq; emungentibus ra-dicibus ſe præſtat; verum vitale robur humidum, primigenium, inſitumque calo:

calorem demeria, penitiora, & cognata membra contribuunt. In centro feruet cor, quod in suis conditorijs alimẽtum radicale ad totius corporis restaurationem componit, quo rerum stirps, frugumq; vita sustinetur. Sub hyemem, quę effumationẽ cohibens calorem intendit, magnus fit futurarũ rerum apparatus: tunc farciuntur horrea, congregantur annua, & peculium, quod reliquis tempestatibus dispensatur. Puta quantis moliminibus agitetur terra, vt debitam pastionẽ suppeditare possit, quæ in arborem distribuitur, ante quam in florem, mox in fructum per omnes gradientem ætates diffunditur. Integri anni, nullus dies, nulla hora, nullum feriatur momentum, & minima operatio sine multa exhalatione non absoluitur. Quare, si reuocabis superius de corporibus recensita, antequam fructus potiatur maturitate, plus in fumos, & vapores, quàm in corpus dilapsum est.

Hinc fit, vt iure, ac merito exclamem, grande arcanum humanis oculis inuidisse naturam, cum eos tali non cudit acumine, vt fumos, halitusq; è

viuen-

viuentium corporibus, aut terra emissos, inque tenuissimæ nubis speciē sine lucis inumbratione verrentes aera cōtuerentur. Id consulto factum arbitror, ne omnes suas prodens vires, nihil sibi faceret reliquum, quod miraremur. afferunt siquidem naturę plus decoris, & maiestatis tenebrę, quam splendores; nam isti probè dispecti vix aspiciuntur, inuisæ illæ accuratius obseruantur, receptūmq; est apud mortales naturam in suis operibus minus cognitam pluris ęstimari.

Philosophi, vt se se à tantis expedirent opificijs, & ne cuilibet effectui suā causam pręfigentès infinitis principijs pulcherrimum rerum ordinem turbarent, humanamq; mentem potius implicarent, quàm naturalia edocerent, animarunt mundum, vel quod latius est per tot spectacula ad parentē communem vniuersi animam sensim irrepserunt, quodq; altissimè sequestrum, ac tenebrarum densitate protectum est, reuelarūt. esset hoc extremum agmen carpere, vltimos conatus infringere, ipsamq; naturam exanimare, si tenuissimam essentiam planè subactam,& ad

vnguem

vngnem excussam in mentis aciem demitteremus. Non sustinet natura funditus lustrari, quæ facinora sua spontè obtenebrat, summa nobis obijciens, cætera mergens, vt ipsam potius cum supercilio loquamur, quam discamus. Humanam tamen mentem primi operis speculatio *longius trahens* in secreta ducit, cuius impetum *prospectus* nō morantur, cum vix penetralium sistat contemplatio: Sic corruptione ad generationes tendit, & in putredines, immigrat, vt creationes attingat.

Mixta combustione dissiliunt in partes, tenuissimum transuolat, densior fumus propioribus hęret parietibus, crepitat ventus, spumat humor, non discedit cinis à terra; quæque mansionem suam quærunt, partim imponunt oculis, partim infuscant, partim à sensibus rebellant, partim obediunt; in omnia intrat mens, quæ rebellantia subigit, fugacia consequitur, consistētia versat, & simplicia corpora in vnū coiuisse rimatur, illaq; planè obuersam nacta temperiem hostiliter prius concurrisse, infensasq; qualitates mutuis cōflictibus infractas esse, quam in mixti

vnio·

vnionem, & concordiam coalescant, sic aquam, ignem, terram, aerem, prę-uia discordia concordes fieri, acerrimo bello pacē sancire. Sed intellectus obstinatæ pugnę diremptorem, vel cōciliatorem quærit; tantum abest elementa sine arbitro societatem inire, vt vnita insultent, & altercentur, donec coactum soluant contubernium: insita est, altéq; defixa diffidij causa, naturale odium fortuito concursu non extinguitur, nec fortuna adæquatum metitur concursum: debet enim elemētorum determinata moles cōfluere, vt cohęreant; foret alioqui irrita vnionis spes: moderatorem ideo, & pacificatorem quærimus, qui elementa libratis viribus in pugnam ducens concilicet, itaq; aciem ordinet, & robur exæquet, vt tale mixtum consurgat. Emergentem formam istius fœderis interpretem non probo, quę iam sancitum percussumq; consequitur, quomodo enim forma nūdum proserpens, sed planè demersa potis erit ad determinandum elementorum pondus, & cuiusq; robur itá limitandum, vt cōflictum excipiat amplexus. Quod si in

hoc valuisset, nullam mixti corruptionem pateretur: nam quæ quiuisset adhuc sepulta componere, multo magis viuens, & florida congregationē, cætumq; muniret, & tueretur.

Cum igitur elementa, neque ex se, neque nascentis formæ auxilio ad naturę partus consumandos valida sint, singulis verò mixtionibus, & congeriebus peculiarem causam inserere Mundi æconomiæ aduersetur, præsertim, cum Monarchię regimini obnoxia sit, cogimur hāc vniuersalem causam cūcta vegetantem, & inspirantem suspicere Principem, Reginam, Mundi gubernatricem, quæ elementorum lites sopiat, diuortia iungat, hostiles iras interposita moderatione mulceat, mutilasq; vires nouæ formæ dominio subijciens in fędus compellat.

Cucurbitæ semen nemine contradicente, frigidum est; terræ creditum tenaci osculo ipsi maritatur, radices extendit, alimentum surripit, luxuriosè exuberat, enormes fructus ad maturitatem perducit. Certum est more cæterorum seminum pabulum trahere, pellectum distribuere, effusum coquere,

nouissimè digestum assimilare, vltimò in florem, fructumq; vertere. An temperamentum, quod frigidum est, tam solemnia edet? an admixtus ignis edomitus, & eneruatus his sufficiet? qui si polleret proculdubio violaret, & corrum peret. Profectò non diuersimodè nutritur cucurbita à pipere calido, & exurenti. Fortassis hæc dabis formæ, quæ non existebat, & alienum operiebatur subsidium, vt surgeret. Vis cunctas formas inter se dissonas in easdem vires consentire? omnes plantæ diuersissima inter se facie in assumẽdo pabulo parem seruant tenorem, eodem ordine alimentum combibit quercus, ac cucurbita, licet ista flexibili, & imbecilli structura incrementum maturet, ilia crescendi tarditatem corporis soliditate compenset. Verum vtraque solicitas pastionis radices expandit toti moli communicatura. Præterea nihil magis funditus perit, quàm rerum forma, in cuius extinctione ipsa rudimẽta delitescunt. Hæc ne asseres in semine occultari, in quo nullum cernis vestigium? nulla plantæ figura in suo semine emicat, quod longe diuersa vestit

imago

imago; imò multa offendes semina omninò sui fructus exuta virtute. Non ne,& fortius loqueris,& prudentius senties, si abscōdi in seminib⁹ vim astruas & potestatem cludi, quæ iuxta Aristotilis placitum proportione respōdeat elemento stellarum.

Sepośuerat Deus terram à cœlis, sed sicut hominum partem ferè ad sui excellentiam expoliuerat, ita telluri cælorum portionem infuderat, quæ immensas vires paruo cogit, grandiores fętus modico circumscribit, magnas arbores pusillo coercet, rerum interitum nouis ortibus sarcit, aduersus mortis iniurias semina cudit, quæ ipsam euincunt, seniumq; adolescentia, fatū vita vlciscuntur. Euulsa è cœlis tenuissima lux, & terræ credita, cui pro ingenita virtute insidet, vndequaque diffusa fabricat formas, & cęlestium cōpos motuum, influxuūque particeps molem administrat, nihil mouet, nisi superioribus congruat, ad quorum dispositionē exerit se se potissimum solis, lunæq; radijs adflata sua implet opera, vt iam non stupeamus terræ miracula, cum cęli parte perfusa sit, cuius

cuius

cuius proprium est ostenta proferre. Sydereos motus tellus metitur, sentit ecclypses, beneficarum stellarum aspectu in fęlicitatem erigitur, malignis vexatur, quia ipsius vis è supremo est, assentitur cælis, & syderibus astipulatur. Ex his comprehende, quantum excedant supra terram cęli, quorum materia hic gubernatrix est, quæ licet omnibus sæculis illibata, putredines tamen inhibere nequit, quia fluxum, mortaleq; corpus administrat.



Sicut

SICVT VIRTVS TERRIS inserta cælorum opem, & procurationem iugi effumatione rependit, ità decere homines suorum Principum tutelam tributis compensare.

Caput II.



Vnquam luculentius celestem virtutem exeruit tellus, quàm cum animaduersum est, ipsam, vt sic loquar, fumis adorare cęlos. Benefacientem enim excolere, curantem reuereri, regijs largitionibus, si non gratiæ, saltem officij paritate occurrere, vltra insipidæ terræ condimētum sapit. Abiecta nimis hęc moles est, quàm vt ad excelsum facinus se prouocet. Quis altissimū obsequij genus hoc spectans in tantam humilitatem cęlestem vim immigrasse non sentiat? plusquam inanimis est supremi sui non viuere immemorem.

Aliquam tamen eruditionem ex hac telluris veneratione mortales eruant necesse

necesse est, quę si duntaxat naturali pulsu instigata indulgentissimè moderatorem suum prosequitur, vt delitescentes in visceribus opes libenter eductas vltro prodigat, quanta illos, qui ratione ducuntur, in Principes reuerentia, in tributis soluendis promptitudo maneat, & fides? accipit illa á natura, vt tribuat; noscunt isti debiti cumulum, vt expleant: illam sola obligauit natura; vrget istos comitata ratione, vt acrius pulsati plenius exoluant: quæ res admonet, vt de origine dominantium, an rigor, an illecebrę homines illexerint ad liberas ceruices seruitutis iugo subiectandas, altioribus principijs auspicemur.

Antiquissimi mortalium inter horrida degebant montium, & opaca syluarum, bestiarumq; more errantes, aduersus anni temporum rigores, specuū latebris protegebantur. Tandem belluarum consortij puduit alumnos humanitatis; insurgentes quippè igniculi originis suæ memores eos á ferino contubernio abstrahentes ad ciuilem vitæ communitatem compulere. Verum tanti fęderis vinculum humanos primū

animos

animos nectens, in immanes deinde motus deuoluebat. Pectora comitate lenita frequentioribus incendebantur contumelijs, surrepente ambitione audentes in abiectos enitebantur, fortes debilibus, multi paucis insultabant; exarmatam senio ętatem aspernabatur iuuentus, fędo contemptu imbecillior sexus polluebatur, sanciebant iura lacerti, momentaneas opes, vitamq; precariò infęliciores trahebant, tumultuātibus omnibus; vnio pro dissidio habebatur, quam exardebant vniuersi, vt extremum rerum humanarum subsidium, & nemo comparabat. De ciuitatum felicitate edocebat ciues concordia, & omnes in discordiam agebantur: tantum distat cognitionis vis ab operandi delectu, vt seligamus turbida quieta poscentes, & tam parum compotes nostri simus, vt ijs dedamus nos vexationibus, quas auertere facultatis est nostræ.

Igitur tum primum accitę leges, quas antea natura maleaudientibus promulgauerat, ijsq; impositi custodes, vt lubricę mentes gubernaculis regerentur: sic ratio contra immoderatos suos im-

petus fręno eguit, quæ adeò à se diuer-terat, vt impotens sui facta maluerit alieno se obstringere imperio, quàm propriarum affectionum sustinere tyrannidem.

Hinc exorti Principes, qui statuerēt præmia virtutibus, supplicia criminibus darent, quorum auctoritate compri-meretur audacia, plecterentur scelera, modestia, & pudor suo incederent fastu.

Non patratur res tanti ponderis sine multo apparatu. Plura in diuersis instāt locis, vna lege, & vnius Legislatoris nomine, sed non vnis curatoribus obe-unda. Sępius hominum pertinacia mā-data recusat, ideo vi obstringenda, ar-manda auctoritas est, ne ludibrio ha-beatur; in procinctu standum, vt no-uandi res audi in officio contineantur. Intra præcipua dominandi arcana nō vulganda maiestas, intentius exculta quò accuratius pressa. Superbæ ædes, magnifici apparatus, aulicorum mul-titudo satis reuerentiæ sub ditis ingerūt, si concipiant tot minora lumina ex il-lo maiori illustrari. Sic videtur Deus vt mortales suspendat, dum ipse se ca-lat,

lat, suæ pulchritudinis speciem in syderibus adumbrasse.

Tanta principatuum pondera vno vectigalium cardine voluũtur, & populorum obstruunt reclamantium ora, qui dum grato pacis otio, suisq; fruuntur censibus, tributorum solutionem detrectant, quibus ciuitatum reclinatur tranquillitas.

Humore pinguis, & facilitate aquarum tumefacta tellus, quò magis grauida, & vbera est, eò inertior pergit in fruges; potiori verò parte discussa, & in halitus versa subsidit quidem, tumoremq; ponit, sed nouo florum, fructuumq; tumet amictu, elegantiori fastu fructus ostentans. Decuerat enim priora bona nimis prementia exuere, vt in præclarissimum ornamentum assurgeret. Largitione illa superfluum onus excussit, commodum verò accersiuit, & vtile. Vectigalium molestiam iubet tristem non esse decus imperij: onus impensæ rerum eleuat ordo: ad dulcissimam liberalitatem prouocat confusionis metus. Qua enim voluptate sensus nostros obligare potest pecunia, si prorsus non gustabilis est, eius quippè

splendor offuscat oculos, durities tactũ contundit, sonus vellicat aures, naribus, & palato non sapit: tamen aspectus in dulcissimã rapit delectationem, & sensuum organa suauissimè delinit; nam mentis monitu ad auri, argentiq; præsentiam exhilarantur sensus, quę eos lætari suadet, cum id possideant, quo omnia oblectamenta quæruntur. At quantò magis exultandum est cum nõ delitias mercari, sed illud redimere, quod delitias corrumpi prohibet, cùm iustitiam, cùm leges, cùm tranquillissimum vitæ cursum comparare sibi pecunia potest.

Vide quanta prodigalitate fructus suos terra profundat, quæ non duntaxat in colonos, sed in omnes mortales liberalissima est: nam si cultores tantùm pasceret, nullo splendidiori cultu dignaretur; & profectò, si fructus tantùm illi vorarent, qui eos legunt, terramq; colunt, pulcherrimam industriam desidia euerteret, nullos Reipublicę cura tangeret, publica munera extabescerent, orbis ipse sine lege, & rectoribus intercideret. Consonum igitur est, vt potior pars ijs enascatur, qui

regi-

regimini incumbunt. Muniunt confinia milites, ciuitatibus excubant vigiles, iustitiæ euigilant magistratus, regiã aulam illustrant nobiles, multaq; alia officia, decora, & vtilia dominantis impensis exercentur. Quod si debitum ad fundendas opes pro Principe te non adigeret, non ne gratitudo illiberalem animum stimularet?

Pecus tuum tranquillè pabulatur, securus arua findit bos, impauidus ligo cespites çquat, exherbatq; malitiã stirpum, imperturbatum possident oblectamenta ruris, colligit visum onusta arbor, spargit nitidus fons, viridia cõfirmant prata, auditum contundunt præcipites aquæ, suaues volucrum acuunt cantus; sensus tui non inuitò probãt extrema, vt gratissimo mediocritatis fruantur blandimento, quod non interrumptum satietate languescit. Vuã premis, & liquor è sua deturbatus sede indignatus fremit, tumultuosoq; lituo per aliquot dies occinit bellum, vt cũcta blandiantur tibi, cum rixas quoq; & tumultus ad voluptatem percipias; negotiosus vagaris huc, illucq; diuertens; mitigata abrupta, edomita pon-

tibus flumina, custoditæ in latrones viæ innoxiæ tibi incolumen transmittunt te. Patent vrbes, inuiolata protegunt hospitiorum iura, ciuilitas iubet nihil vereri, prædem vndiq; humanitatem habes, quam leges volunt non efferari in penatibus quiescenti vxor curas auertit, filij in spem erigunt, obsequuntur serui, amicorum turba delectat, inermis nunquam non armatus incedis, otiosi tui lacerti strenuissimè refutat iniurias, quas nemo audet inultas intentare; vacat mulcere pelliculam, nitorem vultus longa sagina instruere, aduersus frigora stabilire corpus, deseruire studijs, audire fabulas, & confingere, lento gressu metiri plateas, adorare templa, de concionatium elegantia arbitrari, statas prandij, cænæq; horas opperiri, miscere diem nocti, vigilijs, sommoq; per otium indulgere, meridiari, à laboribus, & quiete vicissim temperare.

An ne tantum tibi ascribis bonorum, tuiq; genij credis auspicio, vt inoffensum vitæ cursum à te putes emanare? vel ex famulanti sydere proficisci, aut eò decurrrisse mortalia, vt sine rectore stent vel stata periodo moueantur? firmio-

minoribus eges adminiculis; genialis vigor aduersus iniurias hebes, nec remota sydera discriminibus prouida: sine duce torpent, quę hominum sunt, vel insano fluctuant ęstu, quē mitigat Princeps, componitq; procellas, refractaria collidens capita, & quod publicum cūfundit otium eliminans; imminentia bella pecunia redimit, prudentia transigit, officijs resoluit, armis propulsat, intestinos tumult⁹ auctoritate coercet, potentia contundit, liberalitate disgregat, suauitate rescindit, conciliat necessitudine æquales, donis minores ad obsequium trahit, tot implexus explicat aurum, quod facilius principatuum enodat inuolucra, quam ferrei resecent gladij, & nascentia suffocat incendia, quæ non nisi multo sanguine jugularentur.

Tellus sua sibi discerpi viscera sentit, gratissimumq; vi solis humorem disiūgi; non tamen id abominatur, cum intelligat hac via ad maturitatem fructus euehi, & quod vaporum in aerem transfunditur inexhausta non absumi voragine, aut inibi pondus inutile marcescere, sed à supremis illis curatoribus

in prolificam pluuiam ordinari, quæ ficcitatis molestiam expunget, seminũ sulcitabit vigorem, idoneoq; pabulo germina instaurabit. Subditorum opes in principatus ministerium, quasi in profundos hiatus relapsę, vorticoso videntur absorberi gurgite, re tamen in proficuos vsus emergunt. Leges promulgant, innocentiam muniunt, ciuitatum nitorem per audaciam, & libidinem deflorescere vetant, reduce virtute, solum exilio vertere vitia cogunt.

Manus Principum priuatis longius extendi, & mentis lumen supra cęteras emicare vulgatissimum est; quod illi quidem naturæ munere non adipiscuntur, sed arbitrio fortunæ, si consilio, & viribus annuētes subditos dederit. Clarissimos imperatores nō elatior animi excellentia insigniuit, nec multiplicitas lacertorum ad victorias quidquã contulit; vnum tãtum vibrabant gladium, & fallacibus coniecturis emergentia præsumebant, reliqua subditis erant expedienda. insigniora tributorum subsidio facinora resplenduerunt, ita vt populorum liberalitas inuidiosa principatuum incrementa subleuauerit, aua-

ritia

titia decusserit.

Exemplis inhærendum non esset, dū totus orbis nobilissimum de se promit exemplum. Nationes omnes in suis donandis principibus, non amorem, nō obsequium, sed quod vltra vtrumq; est, libidinem insequtæ sunt, ità vt non debitum dissoluerint, sed honestissimam voluptatem saturauerint. duplici quippè luce irradiatur mundus, solis vna, quę sine molestia recreat vniuersos, alia cupiditatis, quę mentem ad splendida solicitans, quò latius cupit diffundi, eò stringit arctius mortaliū pectora. Animus enim, cum ipse lux sit, luces suggerit, ad luces stimulat, lucida deperit. Hanc affectatam lucē vocabimus ambitū, quo quisq; supra cęteros exardet. hic ad exornandos reges populum cōcitat, dum quęlibet natio, vel non infra, vel p̄ cæteris claritudinē ambit. Priuatarum enim domorum, vel ciuitatum splendor non decorat omnes; in Principis verò lumine vniuersa regio plenissimè dilucidatur. Communis nitor ille est, à quo principatus vigor scintillat. Cateruæ militum, cumulata nobilitas, inuidiosa suppellex inter delectationē

& horrorem spectantes animos ità implet, vt totius prouincię viriũm, & munificentiæ compendium inibi accipiant. Maximam ambitus partem occupant profusiones, quæ ad hunc potissimùm spectant, adeòq; Principes decẽt, vt hi videantur è principatu abijsse, cũ dare desierint.

Multis igitur nominibus adacti populi suis regibus opulentos census instituerunt; veruntamen non omnes pari accessione liberalitatem suam ostentauerunt: nam sicut passa, & arenosa loca parum soluendo sunt, ità pauperies liberalitatem atterit, & prohibet splendidas largitiones exilire. Persarum mos pertinacissimè seruatus mihi præ cæteris commendabilior arridet, qui suorũ regum salutationem à muneribus auspicabantur. Donarijs enim nihil magis paratum explicat animum, nam supremo verbis, vel gestu assentari possumus, oblatione bonorum haud fucatò colimus.

Elapsis temporibus metalli penuria, vel nundùm potita dominatio proposuit populis, vt frugum largitione, vel pretiosioribus, quæ prouincia ferebat, suos

suos Principes venerarentur. Nunc, postquam rerũ tyrannidem aurum inuasit, omnia in hoc tribuimus; ex cuius fælici omine principatum ritè inauguramus, cum temporum non sentiat iniurias, vetustate non senescat, vel senio de bonitate abeat, sed in omnes vsus adeò strictè à natura elaboratum sit, vt arte fingi non queat.

Hactenus res lætæ sunt: sua quisque vice fungitur: nos tributa ad sensuum patientiam taxata pendimus: Principes susceptam tutellam integrè administrant. Sed fortuna humanorum rotam præposterè versans salubres deliberationes crebris affligit mutationibus. In hoc mundo, vbi res firmissimo cardini superpositæ sunt, & nescire videntur deuio gressu procedere, sæpissimè ad læuam, dextramq; deflectunt, & rarò tritissimum callem, destinatamq; viam peragrant. Anni tempora se vicissim excipiunt, eodem semper momento initium veris hyems terminat; æstas in autumno moritur; fixa sunt annorum capita, & limitati dies, breuissimæ horæ velocissimum solem adipiscuntur. Ducuntur Cœli

regulatissimo cursu, terra eodem articulo librata nunquam obsequio deficit; prouentus tamen in hac causarum certitudine ita incerti sunt, vt anni sibi enormiter dissentiant: alterius sterilitatem vnus excusat, alius in mala segete perseuerat; qui vitiat semina, qui insigni fæcundat opulentia. Vidimus sæpè siccissimum ver, aliquando stillantes autumnos, frigentem canem, quibus etiamsi modus præfinitus sit, attamen in iugi fluentium tumultu, mensuram persæpè excedant necesse est.

Pari ratione, vel ordinatissimos principatus tot volumina inundant, quæ nisi vehemens conatus superuadat, aut præscindat, ruinam trahũt: maior tamen moles instat à bellis, quæ tantas deposcuut impensas, vt omnem tributorum rationem reuoluant. Inexhaustus quippè gurges pecuniam vltrà existimationẽ obliguriens militia est, cuius apparatus nũquam saturi immẽsum exedunt. Sol radijs suis, quasi coactoribus liquorem exigit, terramq; seuerissimè emungit, sed corruptionem anteuertit, & ad pubescendum

ger-

germina folicitat. Ergò qui vel grandibus aspirat facinoribus, vel prævertere discrimina cupit, tribuendi mensuræ non doleat excessum.

Emicat id in Imperio Romano, si quo in alio, cuius ciuium liberalitas inuehentem compescuit fortunam, famulantem euexit; itaut extrà fortunæ aleam se extulerint Romani, quia fortunis non pepercerunt. A benigna sorte immensum accepimus, si tantum dedit, quantum ad iniquam propulsandam sufficerit. A nobis sane sumus arguendi; si de peculio magis, quam de oblato discrimine soliciti, Reipublicæ bona nostrorum nimis studiosi corrumpimus, & communẽ causam perdimus, dum priuatam auarè defendimus. Nam Principum tutela, felicitatis subditorũ propugnatrix est, in cuius proditione istam iugulamus: Auarissimum muliebris sexus animum hic sonus pulsauit, & fregit, vt insitam ille eiurauerit illiberalitatẽ, & qui ad accipiendum natus erat, tum primum profundere didicerit.

Puerascens Roma discerpebatur à Gallis, & cum illa spes imperij peribat;

nam

nam vrbem iam possederant flammæ Capitolium incinctum hoste fames ex pugnabat, penè debellatum iam erat aduersus Romanos, ni funestæ cladi obstitisset id vnde minimum præsidij sperabatur. Mulieres, quas bellicus terror in fugam abstulerat, & matura cautio aliquid pretiosioris supellectilis integrum fecerat, omne in Reipublicæ vsũ coniecerunt. Non dissimilis deliberatio imminẽtem Annibalem submouit, itaut cum secundò apud Cannas Roma ceciderit, auctionem tributorum populus popoſcerit, quisq; pro Republica rerum suarum coactorem agens: sic potuerunt exitiosa amandari, aduersa compesci, fęlicia vrgeri, humilia ad verticem superbiæ, & potestatis euehi. consuetis enim vectigalibus mediocria promouẽtur, ardua cumulatis exhauriant, illucq; sępissimè recidit dominantiũ conditio, vt, aut tenui apparatu deficiant, aut immani erogatione res suas in abrupti crepidine stantes sistant, vel meliori loco cõmittant, quæ ex opposito in Constantinopolitanorum deliberationibus elucebit.

Orbis

Orbis dominium tanta Romanorũ indole partum, sors iam frontem adducens, ad Byzantinos detulerat, quos natura auaritiæ, & seruituti fecerat, deplorabile fatum imperij clauo moderando destinauit, vt cum nulli venti, aut fluctus reliqui essent eliden-do nauim gubernatoris segnities accederet. Totam populatus Græciam Ottomanus, capiti auidissimè imminebat, Mahometes secũdus architectabatur arces. Haud dissimulato rumore struebat bellica: classibus mare, terrã exercitu premebat. In atrocissimam scenam deductis siparijs producebatur Byzãtium, cuius ciues libidinibus, & auaritia lymphati se actores tragœdiæ spõdebãt: diuitias quippè cuniculis defodientes captiuitatem suam non bellum ornabant; turpi profectò latebra, & magis detestanda fraude, qua ab Imperatore, & semetipsis defecerũt, à Turcis enim occisione occisi sunt: Sic Romanorum liberalitas Gallos, & Carthaginenses ad internecionem vicit; Constantinopolitanos verò opportunis belli præsidijs auaritia destitutos consumpsit.

Audi

Audi, & obstupesce in Byzantinos degenerauisse Romanos, vel cum syderum cursu vergente indole, vel diuitijs emasculantibus animos; ita conspiratio in Rempublicam priuata opũ tenuitate inflammatur, vbertate obruitur, paupertas homines ad liberalitatem inclinat, opulentia verò auaritia perstringit, quæ, cum diuitiarum cumulo in mortalibus crescit: fraus, & furor non aliàs fœdiori summi Pontificatus sugillatione ad Vrbis Romanæ perniciem sub Borbonio Duce sibi mutuas dederunt operas: illa exarmauit Pontificem, alter oppressit: Clemens VII. pertæsus bellum, quod aduersus Carolum V. gerebat, pacis exaudiuit colloquia, quæ ab Imperatoris Ministris iactabantur, à quibus diù illusus, mox vanis sponsionibus inductus, in facie federis dimisit exercitum, nimia aut suæ maiestatis, aut hostium fiducia, quod vtrumque fefellit; nam Cęsaris duces exultãtes aduersum agmen sine prælij alea fudisse, incessit cupido auaritiam, & libidinem sacris delubrorum spolijs saturandi: Atrocissimum consilium citauit impatiẽtia mi-

litum

litum sine stipendijs bellantium, conspirantibus in vnum animis ad exitiũ Romæ itur alacriter, quod percipiens Pontifex, serò improbans, inermè latus hostili ferro improuidè obiecisse, ijsq; credidisse, quorum fidem frustrà appellaret, proceres, opulentioresq; Ciuitatis ad consilium ascisscit, inter communia pericula opem implorat, posse adhuc armari plebem, aut ex vicinis municipijs deligi militem, qui primos defendat hostium impetus, quantulacumque consistentia fœderatarum copiarum auxilijs interstitiũ dari. Quis crederet optimo Principi fidem vtrinque deperijsse? tantaq; socordia imbutos in animos incidisse, vt pecuniæ subsidium, ne dum sanguinis detrectarint, ita ut de Dominico maximo, Romanorum ditissimo, loquatur historia, centum nummos mutuos obtulisse. opportuno profectò fœnerandi tẽpore, ꝙ continuarunt raptus, incestus, & sacrilegia, nec ille auarorũ maxim⁹ ingrati animi vindicta diu caruit filiarũ suarum contrectatæ pudicitiæ spectator propriam captiuitatem ingenti auro deprecatus est. Subditus,

qui

qui nutantem Principem non fulcit, semetipsum ruentem non sistit, adeò vtriusque res infaustis, felicibusq; miscentur.

Maius cōstantiæ specimen exhibuerunt Galliæ populi, qui non intermissis ergà suos Reges prodigentiæ exemplis, ex tot ciuilium, exterorumq; bellorum fluctibus Monarchiæ decus integrum eripuerunt. Ærumnosa ab Anglis clade percussos, Ioannis primi Regis captiuitas ità commouit, vt nunquàm fortius suas partes in Principem populi amor, & obseruantia obiuerit. Languedochia nouem millium solutionem Equitum spontè subijt, certatimq; Campania, aliæque Prouinciæ, & Vrbes in uoluntaria tributa laxatis habenis iuerūt. Ad soluendos Francisci primi filios, apud Carolum V. patris obsides. Omnes ordines duarum miriadum aurearum exactioni assensere tanta contentione, vt immunitates, & priuilegia quisq; sibi abrogarit, appetentibus vniuersis ea largitate, tamquam trophœo, insigniri, quod gloriosius esse non poterat, cum ipsa Regis libertas ouaret. Mortale

Sama-

Samarobrini vulnus sola Parisiensis Ciuitas multo auro obduxit, vt sine prompta, & laxa subditorum effusione imperij maiestas ex tanto lapsu non leuaretur, quæ per tot sęcula potuit consuetis rerum humanarum procellis euolui, sed validissimo charitatis gubernaculo moderata nequaquā euerti.

At non tantum vltra alpes tentoriū suum munificentia fixit. Non egent Pedemontani ea per montium claustra aduehere, quibus sua planities fęcundissima est. amoris, & fidei ergà suos Reges, spectabiliora ediderunt, quam acceperint exempla.

Emanuelis Philiberti virtus, quod summæ gloriæ imperatori est, triumphos prius bellicos, mox pacis meruit. nam Picardiæ arua humano purpurescentia sanguine, victis, & victoribus armis renuntiare suaserant: illorū enim pertinaciam cladis horror fregerat, istorum fastum bellicorum euentuum remiserat inconstantia. Philippus Hispaniarum, & Henricus Galliarum Reges expressa conditione ab odijs descesserant, vt Pedemons. & Sabaudia Frācorum præsidijs purgata, Emanueli

Philiberto pacatè audiret, quinq; tamē non cōprehensis ciuitatibus regio gubernādis arbitrio, donec Sebusianorū, & Nicææ comitatus ambigua (vt autumabāt Galli) iura disquirerentur; idemq; met Enmanuel Philibertus, vt firmiori nexu obligaret concordiam, Margaritæ Hērici Regis sorori denupsit, ex qua, cum Carolū Emmanuelem suscepisset, tutela prolis adactus, eo acerbius apud Carolum VIIII. tunc Galliarum Regē procrastinatam suarum ciuitatum redditionem deplorabat. Rex, vt tot annorum vsurpationē, quadam iustitiæ specie, protegeret, litis arbitrum se Lugduni constituens: quęstione percepta æquissimo scito (rarēter tamen apud reges vsurpato) Sabaudiæ Duci suffragium dedit, digressumq; gubernatoribus indixit. Bordilionius, qui Taurinum curabat, regium diploma afferebat inualidum, centum millibus nummorum non obsignatum, quæ molestissima vox haud perfunctoriè prudentissimi Ducis animum excussit: ponderabat enim excedentē summam pro temporum mensura, longo bello effetas subditorum opes, sibi impendio:

pendiosas peregrinationes thesaurizādi copiam nō fecisse. An stipendijs cōpensanda esset hostilitas? sed præ cæteris solicitum habebat sublimium aularum mandata facilè retrogredi eò lubentius, quò politicis non conducunt vsibus. Seruiendum igitur tempori ratus cum periculosa cunctatione, & impotētia cōflictabatur inter hos fluctus gnarus subditorum beneuolentiæ, qui spontanea vectigalium impositione aduenientem exceperant, vt administrationis pondus alacrius regeret, accersiuit temporum iniurijs minus attritos, quibus momentum rei paucis exposuit. nec plura: prompti, paratiq; expectabant animi, qui protinus desiderium Principis exhauserunt, auro, argento, torquibus, gemmis supra votum postulata expungentes. Sic tenuis, deiectaq; fortuna potuit in ingenuis pectoribus ad splendidam liberalitatem consurgere, quantoq; notior paupertas, tanto opulentiores amore, & obsequio edidit animos.

Æqua Principū cōsilia, & subditorū cōmoda pari passu ferūtur, vt charitatis plenissimū sit nonnunquā emūctos

adhuc

adhuc premere. Beneuolentiæ in viã primum inijt cordatissimus Dux, vt illam, quæ nullis salebris intercipitur, & innoxios gressus ad præceptam ducit metam. Non turbatur sol, vel faciem ad terrorem adornat, cum terrenos succos carpit, imò tunc altissima in viscera se penetrat, & madores sorbet pretiosiores, cum purissimos sibi asserit vultus, ac suauissimè ridet: amorem non corrumpere, quin imò firmus stabilire, & subsidia ad votum contrahere, prudentiæ, atq; fælicitatis argumẽtum est. Quod si odio apud subditos flagrãs necessitatibus defungaris, quãuis iactura lucrum non æquet, meliorem partem decoxisti; attamen preces caslę in rigorem flectant; decet enim aliquando principem seueritas, si popularem causam præseferat; & adeo onera prudentia libret, vt premant nõ obruant. coactum verò in commune patrocinium dispenletur; vtilitas enim, quæ ex coactione vectigalium populis enascitur, querelas supprimit, & obsequium ad prestinum feruorem excitat, si friguisse contigerit; ità tamen clemẽtia rigorem induat, vt personata nihil magis

magis videatur cupere, quàm laruam à necessitatibus mutuatam ponere, pristinas remissiones sibi restituere, & aculeos frangere, quos caue, ne proferas, nisi moderatione oblitos, si sanitatem vulneri, dum infligitur, vel paulo post conciliare intendis.

Partitio imperij, tamquam deformis, & mutila dominatio Antonij, Octauijq; mentibus viluerat, quæ orbis amplitudinem in suo vastissimo sinu, haud forsan tanta mole, satiato, conceperant: sic ciues, & necessarios prouocauit ad arma indigesta dominationis cupiditas. Octauius, ne paratiori Antonio decederet, summo studio milites properauit conducere; sed consueta obstabat pecuniæ necessitas, cui populus suffragari renuebat, excusans impotentiam ad quam ciuilis belli euersiones Italiam damnauerant. Octauius, vi extorsit, quæ temporum conditio ab egētium arbitrio desperāda spondebat, honestam belli causam inuidiosis obtendens decretis, ostendebat illos vltimos conatus optab à tranquillitati collimantes, tam profundè vexationū semina demersuros,

vt inde felicitates pullularent. Ea æqui-tate pensum in singulos partitus est, vt non sine moderatione procedere iniuria videretur, quæ tandem ab ipsis populis commendata studiosos animos auxit in Principem, postquam exercitus contractionem opportunam probarunt ad deturbãdam hostilem auiditatem sanguini, opibusq; inhiantem. Sarcinis suis, tamquam degrauantibus, delectabantur, & sub falce ingemuisse, gloriæ dabant, cautionem, & benignitatem dominantis eam colentes, quam velut immanitatem prius obiurgauerant: gratulabantur sibi, vel inuitis benè fuisse, qui Principem sortiti essent futura mala anteuenientem. Sic potentius vrens sol sapidiores fructus generat. Antonium verò populos suos nulla publici commodi cura, sed ad cupidinis votum assuetum deglubere, ita nauseauit Oriens, quamuis regum tyrannidis iam diu patiens, vt illius cladem nobilissimo triũpho æquauerit, qui in moderatissimi Principis deducebat clientelam.

In summa dominandi rationem tẽporum vicissitudo peruertit, cui subijciuntur,

ciuntur tributa, quæ quamuis arctiſſimis legibus, ad certos limites addicta ſint, varijs tamen motibus intenduntur, quod ſæuienti fortunæ adſcribendum eſt, nec imperitis vocibus arguenda miniſteria neceſſitatis ductum comitantia. Domus regiæ veſtibulum, & atria prodiga dimerſione comprehenſa, liberaliq; ſplendore micantia omnium oculis impunè cõtrectantur; ad internas verò ędes denſę tenebrę occupant acceſſum, inibi arcto ſpatio ſumma imperij claudũtur, non niſi ambigua, & auara luce erumpentia. In dominantiũ arcana valido robori impenetrabilia liberalis ſe ſe inſerit manus effuſa opportunè pecunia exhantlat ardua, quæ nulla vi expugnantur: ijs accedunt, quæ in aperto committuntur. ducta vxor auget impenſas, propagatio liberorum poſcit ſeruitia, filiæ dotem, ſi bellum ingruat; habendus, delectus, muniendæ vrbes, conſtruenda fortalitia, quæ momenta vectigalibus hærent. Attamen modus omnibus adijciendus eſt, nam ſecreta Principum execrabuntur populi, quæ ad calamitatem impin-

gent, neq; trophęa celebrabunt bellica res suas euertentia.

Non munerat terra cęlos vrentibus solis radijs consumpta, qui sub canis exortu cupidissimos radios, prædæq; ieiunos expandens nunquam tenuuiora exigit; ingluuies quippè sua pauperiem iam fecerat. Experimento comparatum est tributa aliquot annorum processu tributa conficere, ità vt exactionis summa decrescat, cum plura intexuntur portoria. Calx arborum radicibus applicita fructuum quidem copiam præcipitat, senium verò maturat, & plantam præcoci sterilitate ad marcorem condemnat. Quod solicitè cauendum Principibus est, nam paupertas subditi obedientiam corrũpit, vectigaliumq; immunitatem elargitur. Diuitiæ auctoramentum obsequij sunt, quæ Principem in dominij apicem tollunt, subditum fascibus pręstant obnoxium, & quodammodo humiliori veneratione obstingũt. egestas verò se absoluit, & pulcherrimũ libertatis pignus inter ærumnas nanciscitur; aduersus hanc suas vires consumpsit imperium; terribilis queq; potestas

testas languet. Fregit ista Dionysij Siracusani animum obstinatum tyrannide, qui, vt in suos subditos inopiam grassari ex eo deprehenderet, quod apertò sperneretur, prohibuit præfectos exactionibus insistere, verens eos vrgere, qui dominij retinacula penè soluerant, & ex profundo miseriarum ad libertatem emergebant.

Quod si paupertas noluerit obsequiũ exuere, & ergà suum supremum incõcussam obedientiam durauerit, id illi debebit Princeps, quod reuereatur, dum contemnere possit; deinde subsidia illinc non nisi tenuiora speranda sunt. Artaxersem Persarum Regem regnum suum peragrantem obuiam habuit Sineta vltimæ humilitatis homo, qui improuiso Regis accessu inopiæ conscientia motus, ac molestè ferens, dum cæteri Regis gratiam demerendo pares essent, sibi inuidiosam paupertatem officium tam gratum eripere nouum munerandi excogitauit commentum, patefecitq; prodigo animo, quamuis egentissimo, aliquod semper superesse, quod det. In proximum itaq; fluuium solicitè pro-

perans vtraque manu diligenter commissa, & ad caue modum inflexa, quantum potuit aquæ collegit, prætereuntiq; Regi nullo artificio pollutum munus obtulit. Purgatissima fides, & non fucata conspicui animi reuerentia in dono resplenduit; correctissimum enim obtulerat, nullaq; miscella temeratum, aut labis alicuius obtegens. Illicò Rex purissimę mentis radios conspiciens ingenuitate illa multum delectatus, oblati vilitatem pretiosissimam habuit, & infimo homini maximum in nihilo danti regijs largitionibus gratificatus est, quas profecto exercere in amantissimum virum non potuisset, si omnes subditi pari veneratione eū prosecuti essent.

Populorum thesauri maiestatē Principis, auctoritatemq; fulciunt, quę tenui subditorum lare fatiscit. Potuit Artaxerses pauperis istius synceram beneuolentiam amplissimè recognoscere, quia ditissimis hominibus imperabat. Quod si imperium suum non vltra illius sortis viros propagatum esset, aquam pro aqua reddere coactus fuisset

fuiſſet: vt intelligant Principes, quanto ſtudio fouere debeant ſubditorum opes, quarum auctu gliſcit maieſtas, decretione marceſcit; quantumq; cauendum ſit, ne ità ſuos populos emũgant, vt in beneuolentiæ pignus, & amoris pretium aquam elargiri cogantur.



VLTRA SIMPLICIS Elementi conditionem, maris naturam omnium principiorum viribus instructam esse.

Caput III.


Are simplex ne dixerim; an contextum, aquam, an corpus fluidum, elementum vel mixtũ, hęreo. Quatitur vẽtis, alliditur in saxa, ligno finditur, spumat in litore, verberibus cedit, irrequiescit in motu. Mox eductum in terras salinos in montes concrescit, scopulorum præsumit duritiem, metallorum vestit soliditatem. Nulli cõcessit natura ità longè à pristino statu desciscere, & insolentiori conuersione formas induere. Datum quidẽ aquis exire in aerem, ventis in pluuiam lentescere; sed consuetum est fluida calore fatiscere, tenuuia constringi frigore. Subit terra rerum imagines

nes, sed generatrices potentiæ satis euulgata facultas, quæ semen fistulat in venis, in musculis solidat, cauat in osse, in membranis protendit. mare verò non glaciatur frigore, non feruore discutitur, non generatricis auxilio soliditatem nanciscitur; omnibus animæ facinoribus exutum præstantiores mutationes consequitur.

Scilicet egressum alueo, in vicini litoris scrobe demersum, ac sole diuerberatum in superficie densatur; fuscū, luridumq; colorem sensim in album deponit, fixum, stabileq; corpus assumens. Nec id putes procreatricis eductum viribus, quæ antesignanam præmittit mortem, funditus delet, antequam construat, nouas formas nequit inurere, quin veteres deleat. Nihil in substructione salis patratū simile, vbi nulla præcurrit occidio, nec quidquā debuit corrūpi, vt quod latebat emergeret, & conclusus vtero fætus ad lucem erumperet. Sale prægnans marinus humor, nec ponit onus, nec coire viscera sinit, sed cogit densa fluere, & ponderosa natare, donec feruore solis tenui parte discussa, quod libere

meat exhaustum, non amplius prohibeat spissum coalescere, soluatq; salinum spiritum humido carcere, qui continuò lapidescit, & riget.

Sola aqua non constare maria cōuincit sensus, qui ad oculum explorat opaca, ad gustum salsa, ad tactū densa, ad stateram ponderosa: nec experimentum detrectat ostendens illud in salinam consistentiam decedere, & quidquid liquescit in Hellesponto, in terris stare. nec opponas aliquod recens editum, quod anteà nō esset, diuersum examinari concretum à mobili, calorisq; ministerio salinam formam nouissimè inustam, quæ antiquitùs Oceano non conderetur. Nā sapor gustus, & pondus comprobauerunt, vel aquis non constare maria, vel in aquis solida mergi, confundiq; cum fluido, quod aliquando consisteret, & humescere in humido, quod arescere posset in sicco.

Aqua, quam ab excellenti opere regiam dicunt, aurum, argentumq; exesa sorbet, quæ humore confusa tandiù fluxa vagantur, quoad exhalauerit liquor. Caseus per lactis serum distributus

ſtributus peretrat, donec caloris auxilio ſubſidit, non tamen, & renatum eſſe aurum,& exortum caſeum iudicaueris, ſed detectum quod alieno tegmine operiebatur, atq; xterna forma, quaſi vinculis preſſum, libertati redēptum. In caſeum, butyrum, & ſerum lactis compago diducitur; patent vni tria diuerſarum rerum ſimulacra: ſic corpora coagmentantur corporibus, mixta congeruntur mixtis: vt ſtatim ac nouam faciem aſpicimus, non demiremur ignotum, vel ex abſtruſioribus naturæ theſauris nuper arbitremur depromptum, quod iam diù fabricatum, & extructum antè omnium ora exotico peragrabat in ceſſu.

Liquet mare, fugit impulſum, vaſtos campos excurrit, tranſmittit naues, aliaq; aquarum geſtat inſignia. Sed hæc teſtantur eſſe maria nō aquā, quæ aſpectui meabilis, palato dulcis, tactui mollis, ſoluitur igne, totaq; in fumum, & cognatum aerem tranſfunditur. Ex aduerſo pelagi liquor inperuius viſui, mordet linguam, vlcerat fauces, calore denſatur, & pertinaci ſoliditate vehementiſſimis flammis

obsistit. Quod si hũc duxeris aquam, quia fluit, quantò satiùs vinum, & lac propriora aquæ, nuncupaueris aquã: Plura certè in vtroq; deprehendes, quæ fontem sapiant, quam in mari. Nimis absurdè cęcutiret humana mẽs nisi ratio sensuum iudicia castigaret, & res coloribus confusas, odore gẽminas, gustu ęquales, per suam temperiem aptè non disiungeret. tantùm abest, vt abludamus à vero in ijs, quæ sensum non fallunt. Sacchari albedinem mentitur arsenicum, quam grauitas, & acrimonia improbant: mortiferæ herbæ, vti salubres amiciuntur viridi, quas mordacitas notat, & graucolentia.

Peripatetici, vt speciosius aliquid de marina salsedine arbitrarentur, ad radios solis cõfugere. autumant enim in mundi exortu Oceanum aquarum aboriginem constituisse Deum, quæ etsi simplex elementum non saperent, defęcatiori tamen naturæ accederent emendatiores ijs, quæ nunc ex limpidissimo fonte prosiliunt; mox interuentu solis afflatum pelagus, & exhalationibus eiusdem vi contractis à terra

conspi-

conspurcatum in fuliginosam abysse naturam: nã sicut sicci, humidiq; societas distringuit sapores, qui disparẽ, & inchoatam mixtionem praui aperiunt, integram verò, & exactam grati comitantur; sic confusionem exhalationum, & aquarum malè cohærentem inæqualiter à calore digestã, qui terrenas partes acrius inflãmat, amarosalsum exciuisse saporem. Luculenter rem probat experimentum; nam dulcis aqua cineribus affusa marina impregnatur tẽperie liquato sale, qui in adusto puluere latitabat. Fluuijs verò, & paludibus, quæ cum salsedinem non sentiant, hanc opinionem dicere videntur, indefessos motus, & importunas obijciunt quietes. Illi enim terram assiduè radentes, tandem conceptas ei reddunt fuligines; istæ immutabili statione exhalationes sibi nõ iungunt, quas mare frequenti æstu in viscera trahit: præterquamquod stagnantes aquæ inter terræ angustias obsessæ solis robur experiri nequeunt, cuius radij totis viribus in apertum mare procumbunt.

Hoc est Philosophorum in hanc vs-

quę diem receptissimũ axioma, quod, vt luculentius appareat, solem ipsum maculare non erubescunt. Nam iubari, quod non tantùm defæcata ab impuritatibus tuetur, sed & fæda depurat, inquinatum mare, & defloratas aquas obiectant. Ego etiamsi ad viuum prima illa tempora resecare non intendam, percunctarer tamen libenter ab ijs, an primo, vel altero seculo, tot infundi potuerint exhalationes, quæ maris saporem peruerterint; nam cum mediam Oceani partem exhalationibus infectam esse ea declaret portio, quæ duratur in salem, eò adduci non possum, vt credam tantam molẽ breui congestam esse, quam nonnulli, vel in ipso orbis cunabulo productam astruunt: quibus, ne contentiosus videar, astipulabor, vt quæram, num sol vegetiori calore instructus tunc esset, quod profectò asserere non audebunt. Cum igitur æquè præstanti nũc virtute polleat, nihilq; exhalationum generationem interpellauerit, iam totum mare in exhalationes versum, vel exhalationibus stipatum consisteret, aut saltem salsedo in dies adolesceret;

quæ ab hominum natu, nec excessisse constat, nec consenuisse, sed maria inditam naturam ad hoc vsque tempus incolumẽ seruauisse. Quod si proferas hæc salsiora æstate degustari, id dicam fieri non exhalationum auctu, sed vel à calore ipsarum acrimoniã intendente, aut exucta insipidiori parte sapidam potentiùs se exerere, qua per hyemem, dein reddita, in antiquã perstringuntur moderationẽ.

Fugax insectari tẽpus laboriosum, In stabilioribus tãtisper immoremur, Marinus liquor à sole incensus non sorbetur, sed potior pars ad salem diuertit. Aqua igni nõ refragatur, multo minus exhalationes, quæ volatui assuetæ mansionem difficillimè seruant. Quid nam igitur ijs volandi demit potestatem, & grauissimo pondere obruit leuissima? forsan fissantur ab aquis, quæ tactæ calore fatiscunt? totum dissolueretur mare, si istis exhalationibus prægnanti aqua conformaretur, cum nec illæ, nec ista excussa calore stare possit; sed vtræq; funditùs dissoluantur. Non inficior duplicem salem nouisse chimicos, fixum

xum, & volatile, huius non paruam partem coercere maria; sed vberior quantitas irresolubilis est; poscente natura, sicut in terris, ita in mari fluxa cum stabili confundi: quare cõspicuum iàm fit salem, quem indurat sol, vti ab ipso rapi non potest, ità datum nõ esse. nulla apparente causa, quæ meabile sistat.

Furantur solares radij fuligines, vel à sulphure, vel à terra; quæ ægrè euolat, trahentibus reluctatur, & nisi humido viscata non ducitur: hinc exigua eius portio in aerem suspenditur. Sulphureæ exhalationes à salis natura longè diuertunt. exusta quidem terra salem exhibet, non vi caloris productum, sed natiuum; voratis enim terræ impuritatibus se manifestat sal caloris impetu detectus, non illatus. At illæ terrneæ exhallationes, quæ eliciuntur à sole, salem nunquam sapiunt, nam vel vstio vsque ad salinos recessus non extenditur, vel in exigua materia sal adeò minimus est, vt vires suas non promat, imò frigēt venti, harum exhalationum soboles quæ si salsæ essent, incalescere debe-

rent, eorumq; afflatu siderari fruges, quæ multoties perflatæ splendidius virent; aut quando pluuijs confusè decidunt, eas falcedine coinquinarent, quod nunquam animaduersum est.

Profectò quæ nam causa transuersum egit moderatorem syderum, vt torridam terram in maria deduceret, & euaporatum mare terris inferret? cùm poscat rerum ordo, ni à fortuitis procellis interpelletur, quod Ponto sugitur, remittatur Ponto, quod terris abripitur, reddatur terris, quæ alioqui emunctæ à fęcunditate caderent, vel màris vitio imbutæ marcessèrent. præterquam quod tantùm salis complectitur pelagus, vt si illud salire terræ debuissent, tota superficies ad altitudinem viginti, vel triginta milliarium in maria transmittenda fuisset: vt percipiant exhalationum tutores, Quot mouere saxa, quot montes subruere conentur.

Ad quid ministeria naturæ infringere, mundi de honestare nitorē, Dei placita abolere, referre in sydera, quę creator seruauerat sibi, criminari solem marinæ salsuginis, qua Deus mū-

do mirè consuluit? illustre suspicis sy-
deribus cœlum, vomentem flammas
solem, remotiorem à luce lunam splē-
didius lucescere, fixas in motu stellas,
errantes certo cursu planetas, fugaces
orbes in stabili sede, impastos ignes,
solidas flammas, inexhaustam lucem,
terræ globum defixum aeri, immane
pondus fluxo impositum, grauissimū
elementorum leuissimo regi, ostenta-
re montes càpita, profundis faucibus
hiare valles, lato dorso planitiem ster-
ni, denso capillitio pubescere syluas:
hæc omnia obuersantia oculis supre-
mi conditoris dexteram ventitant.
Mare duntaxat architectura omnium
superbissima, & maximè contempla-
bilis in diuinum opificem mentem nō
erigit? salsedinis causam scrutatur in
sydere, casuiq; malè refert, quod di-
uino consilio processerat. Salinos ha-
litus soli non debet pelagus, sed crea-
tori, qui salem solidarum rerū basim
posuit; voluitq; hoc orbis adminicu-
lum æternum, & incorruptibile à sua
omnipotente manu, non ab agente
naturali proficisci; quod naturæ arca-
num, vt introspicias, rem altiùs ac-
cipe. Homo

Homo, & natura per aduersa procedunt facinora, discordes eunt, initia finibus miscent, insectantur se inuicem, metaq; vnius alteri initiū agēdi suppeditat. componit, vnit, glutinat natura; distrahit, lacerat, & euiscerat humana solertia, cum enim ex se nequeat per causas ad res pergere, per distractionem rerum deuenit ad principia. Vetustissimi Philosophi in dissolutione mixtorum, ignem, aerē, terram, & aquā deprehendentes, quatuor elementorum doctrinam diffusè vulgauerunt. Sed cum ista, vna excepta terra, ad examen se non sistant, igne enim tacta diffugiunt, nec sensibus dilucidari patiuntur, chimici nouato distillandi vsu ad exactissimum iudicem reuocant, oculis, gustuiq; subijcientes. Primò insulsum excludunt phlegma, mox aquam eliciunt, dein vrgentiori igne oleum exprimunt, cui arescens, & torridus cinis superest; hunc artis periti in viuentem, mortuumq; partiuntur; sale prægnantem animatum ferunt, exutum sale omninò perijsse tradunt. iste enim cinis, qui subsidet, & ignis feruore non am-

plius

plius distrahitur, multo sale turget, qui tepida irroratus aqua, cognato humore pellectus secum efluit, & vetusta deserit spolia. tunc verè, quæ vltimo stant cadauer sunt, effætum corpus, qualitatis expers, nulli rei conducens.

Si ceruicosus in hac perstabit hæresi, vt ignem salem peperisse opinetur, cõcretam agitet materiam, prunas subda, flammas cumulet, omni vstione impetat, & ne micam quidem salis hac sua inani educet generatione. Neque semper, vt salem eruamus ad cinerem redigenda res est, nam colũbarum fimus absque ignis tormento salem eructat, & expertus artifex e plantis sine incendio salem trahit, quo Deus terram ditauit, & velut thesaurum in rerum profundo, & penitiori sepeliuit aqua, oleo, phlegmate, & inutili pondere conditum. Ex hoc coctiones, generationes, augmenta, & sapores ducuntur, nam quæ acrius palatum vellicant, pluri turgent sale, quam quæ mitius, & igne examinata copiosiorem edunt: refert enim ignis salem, materia dat.

Phlegma, & exanimem molem à

prin-

principiorum classe chimici reijciunt, quibus ea tantū adscribunt, quæ actione præstant, aquam scilicet, quam mercurij nomine signant, oleū, quod sulphur nominant, & salem. Hisce tribus vniuersalibus rerū causis coaluisse maria Philosophi norunt, nā & Aristoteles salem oliosa materia confertum esse vulgauit, placidoq; mari oleū exundare prodidit, Plinio, & Strabone testibus, sociali bello, Hiera cum alijs insulis eolijs plures dies cum ipso mari arsere igne nimirum in marinū æquor delapso vndarum vnctuositatem elambenti.

Mare sua pingui oleositate vestes, ac linea maculat, quæ ablueret, & defæcaret, si solo sale turgidum esset; conspersum in flammas, eas potius videtur incēdere, quam extinguere; nec desunt qui sustineant perpetuam ignis alimoniam à mari Æthnæ suffici, cum marini fluctus suam illam pinguedinem à circumfluo mari per subterraneos amphractus in Æthne montis cauernas diuerberent, iugiq; materia famosa illa inuent incendia. Re benè ventilata, hanc præcipuam causam

existi-

existimo, maris coagulationem in caueis prohibentem; donec enim pluuialis aqua non ingreditur, & marino permiscetur humori, à sole non exsiccatur; nam syncera aquæ miscella adeps ille, qui plurimùm indurationē vetabat ita rarescit, vt à solis calore disijci possit, ne amplius inhibeat salem formari.

Ex quibus satis apertum est, cū Deus creare maria decreuerat, non aquam tantùm elaborauisse, sed corpus fluidum, mauis humorem dicere tribus illis coagmentatum principijs sale, sulphure, & idrargirio, perfectissimum mixtum, in quod ea omnia concurrant, quæ immensi populi foueant nutritionem.

Marini accolæ terrestres turbas forsan frequentia, sed quod certissimum est, magnitudine excedunt, nam Orchæ, balænę, phyleteres, & alia ignota monstra, quæ in dies vsus nauigantibus aperit, rhinocerota, elephantes, corpulentia, & pondere longè superant: cuiusq; circumuolantis aera, & quatientis terram species simillima stabulatur mari, quod ne terris aliqua

In parte inuideret, humanis insuper simulacris nobilitauit Deus, quæ cum nec pestis heluatur, nec bella conficiant, in immensum propagabuntur, vt credibile sit cauernas maris non secus, ac populosas Ciuitates frequentari, ad cuius populi vsum inibi non leguntur fructus, non seges metitur, aut herbæ pullulant, sed nudum solum scopulos, & arenas exhibet, quæ nec à ventriculo euinci, nec in ossa deduci, nec in carnes mollescere queant. Quare fatendum est harum bestiarum turmas suo nutriri mari, maximè ad alendum opportuno, cũ ex illis principijs conflatum sit, quæ in solidas, mollesq; corporum partes facessunt.

Inquies marina monstra rapto viuere, sed respondeo, non ne, quæ rapiuntur, ex aliquo vixisse debuerunt? adde pisces prædæ obnoxios sæuitiã fugere, & litoribus appropinquare, ac si malint homines alere, quam feras, quod si aliqui rapiuntur, paruuli sunt, inseruiuntq; grandioribus pro obsonijs, & scitamentis: cæterum cõsuetum alimentum mare est: hoc salsiori parte, alit rostra, maxillas dẽ-

tes, coria, ossa, cartilagines, pinguedine verò carnes, adipemq; fouet, qui tantus est, vt olei non mediocris copia è colossis illis ingentioribus exprimatur. Sũma cura disposuit Deus, vt flumina se in maria euoluerent, quorum crassitudo tenui clemẽto liquata difflueret, & dulcis aquæ contactu amaritudo mitesceret, grataq; sedes, & esca piscibus fieret.

Ne putes tantùm ad piscium domicilium, & alimentum facta maria, natura vno itinere ad plures pergente merás, repositas regiones mare iungit, ad ignotas terras iter pandit, vasta onera in lubrico regit, quæ oleoso, & salso stabilius hærent: tanto vsui erat pinguescere pelagus, & sale conspergi, vt transmitterentur classes, & passerentur turmæ, ni vltra hæc tertium accederet commodum, coire scilicet humorem, & condimentum animalibus elargiri prorogandę vitę opportunum. Rarò tellus in salinos montes eleuata necessitatibus impar erat, è mari tantùm subsidium spectatur, è quo sal elicitur multus, terreno purior, magis temperatus, & humano corpori

pori conducibilior. Ne quæso in tanti operis contemplatione ad solis ardorem te conuertas, sed contemplare Deum, qui ex eadem materia terram stabilem, & Oceanum mobilem posuit; ne rerum omninò te credas soliditati, cum immotum, & mobile iisdem iungātur principijs, possintq; leui momento liquari montes, & librari maria, fluxumque, & stabile suas vices ad inuicem rependere.



Eorum

EORVM QVESTVS reiciuntur, qui conditionem suam vectigallibus obnoxiam lamentantur; ostenditurq; tributa, quãuis ampla, iustitiæ commodum pensare.

Caput IV.



Iracula ista, quò ampliora sunt, eò acriùs in naturã me prouocant. Attingit etiam querela Deum qui piscibus elemẽtum suum alimentum fecit; homines verò inter elementa destituti vruntur, algent, tabescunt, & putrent. Feræ in pabulo natant, quod toto corpore adbibunt, nec ore assumunt, sed vltro infertur, etiam atterendi, & deglutiendi molestia carentes. Humanam conterit industriam aruorum cultus, & dum induratur corpus in euertenda terra, vt emolliat cęlos, desudat mens implorum

rans imbrem, gelu, æstum. Labores precibus condiendi sunt, ne irriti cadant: tales promittit humus, nisi illã fæcundent astra: sterilitatem minantur sydera, nisi indefessè sit perarata tellus. Inter diuersas curas plerumq; fallimur, & deiectos labores in cassum dolemus, atq; alimenti inopes, nutriendi necessitate compellimur. Fames verò piscium satietas est, distentus vẽter, oblinita viscera, stipatum corpus. Sua quoq; habent capitolia aduersus procellas, quas maturè sentientes, se recipiunt in cautes, vbi tutò diuersantur.

Expediebat admoneri belluas, vt insultus præcauerent, qui ex aduerso inopinati viros opprimerent instantium, donec ruerunt, ignaros; ijs, enim duntaxat post casum spectare licet abrupta. Placuerat quippè Deo, vt ratione vigentes, sensibus infirmius vterentur; sic in salientes delphinos, & feles scalpentes aures, acuratè oculos, animumq; intendimus tẽpestates diuinandi auidum, proprijq; corporis motus non intelligentes, belluarum sumus obseruatores, in quas ità domi-

namur, vt plerumq; illarum pretium finius.

Pisces liberi, solutiq; vagantur, nos seruitutem seruimus, Principes recognoscimus, mãdatis parere cogimur. Salem ipsum, quem belluæ contemnunt, & mare tam copiosum eructat, magno mercamur. Fructus, quos tellus post tot curas, etiam malignè profert, ijs impendimus, qui in laboris partem non veniunt. Emolumenta vndarũ transfretatione quęsita, ijs impartimur, quos periculorum socios non habuimus. Crumena emungitur, bona vorantur, diuitiæ rapiuntur, ipsa met paupertas exprimitur. Non ne nostræ sorti, belluarum deteriori iurè ingemisco?

Fateor nostris temporibus nequitiã conualuisse: attamen gemitus hominum sine mollitie audiendi sunt, ne in quam lancem propendet animus, re malè pensiculata, iniquam promulget sententiam. Damnare naturã ingrati animi crimen est, Principes maiestatis, quos altitudo dignitatis extra inuidiosi iudicij aleam collocauit.

Aquam

Aquam, & fructus viris obuios curauerat nasci Deus, ne illos sitis, & fames helluarentur, satis mortalitati consuluisse existimans, si humanum genus necessitatibus adactum non interiret. scitamenta verò, cupedia, & alias gulę illecebras posuit in mundo, quibus nonnisi post laboriosas contentiones, vitæq; attritionem potiremur. Creauerat pisces, sed aquis demersos, feras syluis reconditas, aues aera tenentes, ignem scilicibus tectũ; his præposuerat hominem, quem non sustinerent aquæ, non admitteret aer, exterrerēt syluæ, obruerent lapides. instrumenta delitiarum nobis nō occurrebant, sed refugiebant, sed appropinquare vetabant: angustias tamen omnes eluctati, ijs tandem fruimur, & ignem accendimus, & pisces assamus, & volueres torremus, & elixamus, & nutrimur. Necessitates nostras paucis extinguimus, voluptates magno colimus. Apparauerat nobis natura, etiam in syluis cibum, & in mōtibus domicilium, ne ipsam malignitatis insimulare possemus. Ipsi igitur debemus otium, oblectamenta impro

bi criminantur labores.

Delationibus purgata natura, dicteria, quæ iaciuntur in Principes, pro viribus refellamus, postquam improperantis querelis aures præbuerimus. Ait enim quis: ingentem syluam in mare contuli, refixas arbores aquis seruì, vberiores sperans fructus ex lubrico hærentibus, quàm altè radicatis; patrimonium meum in solido locatum fluxo credidi, vitam, & fortunam ventis, fluctibusq; mancipaui; ornaui nauem, intendi vela, conduxi milites; identidem cum piratis manus conserui, vidi vndas spumantes ignẽ, ligna inter flammas, ęstusq; luctantia; aquilones ex abyssis, aquarum montes in nauigium voluentes, densis nubibus ex alto gurgite diluuiantem austrum, insanientem pelagum, & furentem notum naui, vitæq; ministrãtes, spes desperatas, arrepta pericula, ingerentia naufragia, subintrantem mortem, recedentem vitam. Tandẽ, nec viuus, nec naufragus tenui barbaras terras, in hoc vincẽtes mare, quod sæpius fædera frangant, & in stabili solo lubricam fidem ostentent. Demune-

munere pipere, cinnamomo, & aromatibus onustam nauim priori tyrannidi, malis induratus commisi, pugnaui cum morte, quàm discrimina vita dulciorem exscribebant. Volutatus vndis, circumuentus ærumnis Italiæ litora fortunatissima legi. Stationem ingressus gratulabar mihi calamitatibus defuncto, vectas merces, & opulentiā lucri. Cum me armata manus accersit, conscendit nauim, angulos lustrat, iubet profiteri secreta, & in propatulum, quidquid latet, explicari; diligenti indagine in omnia animaduertit, & cum singula reatu careant, rigorosè punit; mandatum Principis promulgat, decimam, vigessimamq; deberi. Me miserū aquis ereptus, terris naufragor? pepercerūt venti, vos damnatis? vectigalem nō fecerunt procellæ, vos portoria iniūgitis? seueriores sunt ciuitatis leges barbaris moribus, inconditam gentem, quæ me liberum passa est, humaniorē experior; mare, quod me transmisit, tributum non imperat, vos qui recipitis, vestrum otium tam carè nundinamini, sudores meos exprimitis, sangui-

nem in venis metu rigentem emungitis, reliquias tempestatum, quas non iuuistis, prædamini.

Tace,& lōga peregrinatione fessus, quem tenes, aduerte mecum magnificentiam portus; falleris, si putas sic ordinauisse naturam, quæ inchoauerat quidem, sed ars inenarrabili consumauit impendio. Aspice dispositos vigiles; tormenta ænea, horrescens fortalitium; quæso, ne hæsites, an lapides, & metalla ista quotidiè comedant; maximo constat hæc moles, quę in tui subsidium parata est, te circumsistit, procellas arcet, prædones excludit. Vrbem mecum ingredere,& oculos deflecte in excubias ostia curantes, ingentem hominum vim trāquillè sedentem, distinctos ordines, adoratos magistratus, coercitam nobilitatem; frænatam plebem, mulctata flagitia, vitia depressa, eminentes virtutes. Longo interuallo tractasti maria; quid illa agit piscium multitudo? in prædam ruit, insidias molitur, internecionibus viuit: vel ipsa horretur magnitudo corporum, quæ corrumpit, & obligurit minora. Truculen-

tior immanitas, crede mihi, incesseret homines, ni legibus comprimerētur. Animalia enim naturali impetu insultant, malè adhibita ratio nouas feritates in dies hominibus suggerit: antiquis artibus depugnant feræ, crudelitatis instrumenta per tempora cōmentatur homo, ingeniosus ad complendum furorem suum, tùm præcipuè, cum rapiendi libidine conatur. Si ad ciuitatem applicuisses, in qua cuiq; liceret te lacessere, bona subripere, vel professà vi tua expilare, quid tibi, quid rebus tuis esset? detrimenta non experiris, te iudices, te senatus protegit, arma, quæ cernis pro te collocata sunt. Vim non obtundis, & vim non pateris, insultibus non obsistis, nullus insultat. Offensiones non reprimis, nemo offendit. otium tibi summū est, nō interpellatur quies ad corpus curandum, rebusq; consulendum. Cur Principem arguis? an quia vectigalia exigit, quibus iustitiā ministrat? Hominum congregatio, sine iustitia dissoluitur, sine tributis iustitia labitur. Ad apicem euexit Principem concordia populorum in iusti-

tiam conspirantium, & tam primum imperata sunt tributa, cum surrexit iustitia, & promulgati sunt Principes.

Profectò inficiari hæc tua dicta nequeo, sed mihi videtur iustitia sub hæc tempora regia nudata chlamyde, anni tempestatibus subiici, rigescere hyeme, & uri æstate. Quantùm friget, si offendat ad diuites? quantùm horret scelestorum aspectum? quantùm tremit coram potentibus? In hos adhibita claudicat incessu, caligat visis vltrò, maledicta non audit, verberata non sentit, sugillata fingit, non detur pari. Aduersus verò pauperes excandescit, incenditur, & quasi altera canicula, solis radios, videlicet Principis potentiam in miseras fortunas inflammat: arcana penetrat, latebras videt, secreta audit, pernicitatē ipsam vincit in cursu, crepera pro tantis accipit, & veritatem inflat mendacio. Ne tamen te fugiat, aut imprudente Principe, hæc patrari, aut illum, Principem amplius non esse, qui obtinet principatum. Reciprocantur enim iustitiæ, & Principis nomina;

itaque

itaque sine speciei mutatione vnum faceſsit in alterum, vt oriatur iuſtitia cum Principe, & cum interitu iuſtitię Princeps occumbat: fuit hoc in antiquitatis gremio altiſsimè ſequeſtrum, vt iuſtitiæ cuſtodem dicerent Principem; violatorem verò, quamuis principatu non deiectum, huius nominis ornamento ſpoliarint. Dominatur enim aliquando vis, licet dominij iura à iuſtitia ſint, quo vno titulo, pluſquam immenſis deuaſtationibus nobiliſsimi claruerunt Imperatores.

Rollo Normandiæ Dux adeò à ſua ditione graſſatores expũxerat, vt ipſa furti, & latrocinij nomina exoleuerint. Iubebat agricolas aratra, raſtros, plauſtra, in aperto Regij patrimonij periculo, noctu deſerere; nam ſpondebat pro plagiarijs, & furtorum vades extabat. Si hodie expilationes regia pecunia penſaret, accuratius certò in fures anquiriretur, qui tota penè Europa impunè ne ſuffurantur quidē, ſed graſſantur, & pinguioribus rapinis gloriantur; nam eò noſtrorum temporum recidit conditio, vt flagitiosè ditati, non modo non plectantur, ſed

EORVM QVESTVS reiciuntur, qui conditionem suam vectigallibus obnoxiam lamentantur; ostenditurq; tributa, quãuis ampla, iustitiæ commodum pensare.

Caput IV.



Iracula ista, quò ampliora sunt, eò acriùs in naturã me prouocant. Attingit etiam querela Deum qui piscibus elemẽtum suum alimentum fecit; homines verò inter elementa destituti vruntur, algent, tabescunt, & putrent. Feræ in pabulo natant, quod toto corpore adbibunt, nec ore assumunt, sed vltro infertur, etiam atterendi, & deglutiendi molestia carentes. Humanam conterit industriam aruorum cultus, & dum induratur corpus in euertenda terra, vt emolliat celos, desudat mens implo-

rum

rans imbrem, gelu, æstum. Labores precibus condiendi sunt, ne irriti cadant: tales promittit humus, nisi illā fæcundent astra: sterilitatem minantur sydera, nisi indefessè sit perarata tellus. Inter diuersas curas plerumq; fallimur, & deiectos labores in cassum dolemus, atq; alimenti inopes, nutriendi necessitate compellimur. Fames verò piscium satietas est, distentus vēter, oblinita viscera, stipatum corpus. Sua quoq; habent capitolia aduersus procellas, quas maturè sentientes, se recipiunt in cautes, vbi tutò diuersantur.

Expediebat admoneri belluas, vt insultus præcauerent, qui ex aduerso inopinati viros opprimerent instantium, donec ruerunt, ignaros; ijs, enim duntaxat post casum spectare licet abrupta. Placuerat quippè Deo, vt ratione vigentes, sensibus infirmius vterentur; sic in salientes delphinos, & feles scalpentes aures, acuratè oculos, animumq; intendimus tēpestates diuinandi auidum, proprijq; corporis motus non intelligentes, belluarum sumus obseruatores, in quas ità domi-

nantur, vt plerumq; illarum pretium simus.

Pisces liberi, solutiq; vagantur, nos seruitutem seruimus, Principes recognoscimus, mãdatis parere cogimur. Salem ipsum, quem belluæ contemnunt, & mare tam copiosum eructat, magno mercamur. Fructus, quos tellus post tot curas, etiam malignè profert, ijs impendimus, qui in laboris partem non veniunt. Emolumenta vndarũ transfretatione quęsita, ijs impartimur, quos periculorum socios non habuimus. Crumena emungitur, bona vorantur, diuitiæ rapiuntur, ipsa met paupertas exprimitur. Non ne nostræ sorti, belluarum deteriori iurè ingemisco?

Fateor nostris temporibus nequitiã conualuisse: attamen gemitus hominum sine mollitie audiendi sunt, ne in quam lancem propendet animus, re malè pensiculata, iniquam promulget sententiam. Damnare naturã ingrati animi crimen est, Principes maiestatis, quos altitudo dignitatis extra inuidiosi iudicij aleam collocauit.

Aquam, & fructus viris obuios curauerat nasci Deus, ne illos sitis, & fames helluarentur, satis mortalitati consuluisse existimans, si humanum genus necessitatibus adactum non interiret. scitamenta verò, cupedia, & alias gulę illecebras posuit in mundo, quibus nonnisi post laboriosas contentiones, vitæq; attritionem potiremur. Creauerat pisces, sed aquis demersos, feras syluis reconditas, aues aera tenentes, ignem scilicibus tectū; his præposuerat hominem, quem non sustinerent aquæ, non admitteret aer, exterrerēt syluæ, obruerent lapides. instrumenta delitiarum nobis nō occurrebant, sed refugiebant, sed appropinquare vetabant: angustias tamen omnes eluctati, ijs tandem fruimur, & ignem accendimus, & pisces assamus, & volueres torremus, & elixamus, & nutrimur. Necessitates nostras paucis extinguimus, voluptates magno colimus. Apparauerat nobis natura, etiam in syluis cibum, & in mōtibus domicilium, ne ipsam malignitatis insimulare possemus. Ipsi igitur debemus otium, oblectamenta impro

bi criminantur labores.

Delationibus purgata natura, di-cteria, quæ iaciuntur in Principes, pro viribus refellamus, postquam improperantis querelis aures præbuerimus. Ait enim quis: ingentem syluam in mare contuli, refixas arbores aquis serui, vberiores sperans fructus ex lubrico hærentibus, quàm altè radicatis; patrimonium meum in solido locatum fluxo credidi, vitam, & fortunam ventis, fluctibusq; mancipaui; ornaui nauem, intendi vela, conduxi milites; identidem cum piratis manus conserui, vidi vndas spumantes ignē, ligna inter flammas, æstusq; luctantia; aquilones ex abyssis, aquarum montes in nauigium voluentes, densis nubibus ex alto gurgite diluuiantem austrum, insanientem pelagum, & furentem notum naui, vitæq; ministrātes, spes desperatas, arrepta pericula, ingerentia naufragia, subintrantem mortem, recedentem vitam. Tandē, nec viuus, nec naufragus tenui barbaras terras, in hoc vincētes mare, quod sæpius fœdera frangant, & in stabili solo lubricam fidem ostentent. Dei mune-

munere pipere, cinnamomo, & aromatibus onuſtam nauim priori tyrannidi, malis induratus commiſi, pugnaui cum morte, quàm diſcrimina vita dulciorem exſcribebant. Volutatus vndis, circumuentus ærumnis Italiæ litora fortunatiſſima legi. Stationem ingreſſus gratulabar mihi calamitatibus defuncto, vectas merces, & opulentiã lucri. Cum me armata manus accerſit, conſcendit nauim, angulos luſtrat, iubet profiteri ſecreta; & in propatulum, quidquid latet, explicari; diligenti indagine in omnia animaduertit, & cum ſingula reatu careant, rigorosè punit; mandatum Principis promulgat, decimam, viceſſimamq; deberi. Me miſerũ aquis ereptus, terris naufragor? pepercerũt venti, vos damnatis? vectigalem nõ fecerunt procellæ, vos portoria iniũgitis? ſeueriores ſunt ciuitatis leges barbaris moribus, inconditam gentem, quæ me liberum paſſa eſt, humaniorẽ experior; mare, quod me tranſmiſit, tributum non imperat, vos qui recipitis, veſtrum otium tam carè nundinamini, ſudores meos exprimitis, ſangui-
 nem

nem in venis metu rigentem emungitis, reliquias tempestatum, quas non iuuistis, prædamini.

Tace, & lõga peregrinatione fessus, quem tenes, aduerte mecum magnificentiam portus; falleris, si putas sic ordinauisse naturam, quæ inchoauerat quidem, sed ars inenarrabili consumauit impendio. Aspice dispositos vigiles; tormenta ænea, horrescens fortalitium; quæso, ne hæsites, an lapides, & metalla ista quotidiè comedant; maximo constat hæc moles, quę in tui subsidium parata est, te circumsistit, procellas arcet, prædones excludit. Vrbem mecum ingredere, & oculos deflecte in excubias ostia curantes, ingentem hominum vim trãquillè sedentem, distinctos ordines, adoratos magistratus, coercitam nobilitatem; frænatam plebem; mulctata flagitia, vitia depressa, eminentes virtutes. Longo interuallo tractasti maria; quid illa agit piscium multitudo? in prædam ruit, insidias molitur, internecionibus viuit; vel ipsa horretur magnitudo corporum, quæ corrumpit, & obligurit minora. Truculentior

tior immanitas, crede mihi, incesse-
ret homines, ni legibus comprimerē-
tur. Animalia enim naturali impetu
insultant, malè adhibita ratio nouas
feritates in dies hominibus suggerit:
antiquis artibus depugnant feræ, cru-
delitatis instrumenta per tempora cō-
mentatur homo, ingeniosus ad com-
plendum furorem suum, tùm præci-
puè, cum rapiendi libidine concita-
tur. Si ad ciuitatem applicuisses, in
qua cuiq; liceret te lacessere, bona su-
bripere, vel professā vi tua expilare,
quid tibi, quid rebus tuis esset? detri-
menta non experiris, te iudices, te se-
natus protegit, arma, quæ cernis pro
te collocata sunt. Vim non obtun-
dis, & vim non pateris, insultibus non
obsistis, nullus insultat. Offensiones
non reprimis, nemo offendit. otium
tibi summū est, nō interpellatur quies
ad corpus curandum, rebusq; consu-
lendum. Cur Principem arguis? an
quia vectigalia exigit, quibus iustitiā
ministrat? Hominum congregatio,
sine iustitia dissoluitur, sine tributis iu-
stitia labitur. Ad apicem euexit Prin-
cipem concordia populorum in iusti-

tiam conspirantium, & tum primū imperata sunt tributa, cum surrexit iustitia, & promulgati sunt Principes.

Profectò inficiari hæc tua dicta nequeo, sed mihi videtur iustitia sub hæc tempora regia nudata chlamyde, anni tempestatibus subijci, rigescere hyeme, & vri æstate. Quantùm friget, si offendat ad diuites? quantùm horret scelestorum aspectum? quantum tremit coram potentibus? in hos adhibita claudicat incessu, caligat visis vltrò, maledicta non audit, verberata non sentit, sugillata fingit, non detur pari. Aduersus verò pauperes excandescit, incenditur, & quasi altera canicula, solis radios, videlicet Principis potentiam in miseras fortunas inflammat: arcana penetrat, latebras videt, secreta audit, pernicitatē ipsam vincit in cursu, crepera pro tantis accipit, & veritatem inflat mendacio. Ne tamen te fugiat, aut imprudente Principe, hæc patrari, aut illum, Principem amplius non esse, qui obtinet principatum. Reciprocantur enim iustitiæ, & Principis nomina;

itaque fine speciei mutatione vnum facessit in alterum, vt oriatur iustitia cum Principe, & cum interitu iustitię Princeps occumbat: fuit hoc in antiquitatis gremio altissimè sequestrum, vt iustitiæ custodem dicerent Principem; violatorem verò, quamuis principatu non deiectum, huius nominis ornamento spoliarint. Dominatur enim aliquando vis, licet dominij iura à iustitia sint, quo vno titulo, plusquam immensis deuastationibus nobilissimi claruerunt Imperatores.

Rollo Normandiæ Dux adeò à sua ditione grassatores expũxerat, vt ipsa furti, & latrocinij nomina exoleuerint. Iubebat agricolas aratra, rastros, plaustra, in aperto Regij patrimonij periculo, noctu deserere; nam spondebat pro plagiarijs, & furtorum vades extabat. Si hodie expilationes regia pecunia pensaret, accuratius certò in fures anquireretur, qui tota penè Europa impunè ne suffurantur quidẽ, sed grassantur, & pinguioribus rapinis gloriantur; nam eò nostrorum temporum recidit conditio, vt flagitiosè ditati, non modo non plectantur, sed

in pretio habiti laudibus etiam exornentur, si multum compilauerint. Peculij enim modus non perpenditur, vel vindicatur, sed celebrantur familiares res augendi, qualicumque arte studiosi. nunquam tanto otio torpuerunt lictores, & carnifices, & eo plus feriantur, quo magis vrgent prædationes, quæ illos perquam maxime solicitarent, si integritas, legesq; valerēt. Quas interturbant quidem bella, cum tamen bella sine scelerum, non dicam vindicta, sed seuera mulctatione geri nequeant, ferociores enim hominum naturæ rigidioribus sunt decretis, & exemplis cicurandæ, vt regibiles, & ad manus habeantur.

Postquam latrones è furcis diutiùs pependerunt, gēmatos annulos Rollo suffecit, qui per plures dies, nullo custodiente, ad iustitiæ trophæum incemerati, inuiolatiq; ante omnium conspectum suspensi steterunt; qui triumphus proculdubio mihi gloriosior illis videtur, quos olim Roma tā to armorū strepitu, & tā luculento apparatu exornabat; in ijs enim instruendis triumphales currus maiestas cō-

 plebat

plebat Imperatoris, ornabant subactarũ vrbiũ simulacra, mœsta captiuorum facies, fastosa prædarum supellex, leti cingebãt tribuni, & ordinũ dignationes; acclamabatq; populus. Normanorum verò plaustra solemni prosequebatur pompa inoffensum silentium, tutæ solitudines, nullorum luna flagitiorum conscia, non sceleratæ noctes, non formidatæ vmbræ, innocentium sanguine non maculata tellus, non lamentantium ploratibus laceratus aer; pręibat iudicum probata fides, exacta nequitiarum pœna; deletæ vitiorum imagines; assidebat iustitia, proborum clamores, & præconia totius orbis personabant. Vos qui lituos occinitis, milites contrahitis, exercitus ductatis, & sæpè post victorias, conuicijs, & exprobrationibus stipatos triumphos exigitis, intelligite gemmas è patibulis indẽnè cadentes omnibus gestis, & facinoribus præstare; nam vestras ouationes exprimunt arma, Rollonem verò iura, leges, hominum, cælorum, Deiq; met ipsius consensus immarcescibili laurea redimiuerunt.

Quam deplorabilis est Principum conditio, qui cum suo non fidant cõsilio, sed vniuersæ ditionis sapientiores adhibeant, quorum iudicijs permittunt politicem, frequentissimè, tot prudentiæ lumina, tã malè super momenta deliberent. Nam, cum eos, qui de alijs consultant, omni animi labe vacuos esse deceat, ex consiliarijs verò perpauci propria studia deponant, hinc fit, vt turbida sit illorũ ratio, & quosdam metus, assentatio alios, cõmodum quam plures, & compendiũ in eam impingat sententiam, quæ minimum rebus publicis, plurimum sibi expediat. Id potissimũ affectant Principes, vt se se à sepulchris afferant, & posteros in rerum gestarum admirationem concitent: hoc fine bella, vt plurimùm nõ necessaria inferunt; bõbardarum fragorem famam longius laturum existimantes, & regionum deuastationem nomen victoris ad sæcula inusturam victis putant. At nemo exclamat bella affricare hominibus scelera, animum ad proteruiam detorquere, fidem, & legum obseruantiam pessundare; tunc potissimùm bonos

ſubditorum mores in prauitates curuari, homicidia, & furta pubeſcere, efferari naturas, iuſtitiam infringi, nam Principes exteris adijcientes animum rebus, ſuis minus geſtant idoneum, in multis conniuere coguntur, alia licet honeſta temporum ratio non dictat, potentes arguere non audent, infimos tolerant, vt militiæ habeant obnoxios; impuniti criminis dulcedo alios in nefas allicit, gliſcit perfidia, conſeneſcunt iura, dum nouum ambiunt dominium, vetus incipiunt abolere, certam iacturam incerto lucro metiuntur, itàq; ſe terribiles cæteris præſtant, vt ludibrio ſuis ſint, Principiſq; perſonam exuunt, vt alienam induant. Nã egregius bellator non ſemper Principem ſonat, quem populorum moderatorem leges inſtituunt. Cupis adoreas? ambis imperium? mancipa te nemini, ius ſerua, dominare in tuos, nefarios homines extermina, & tuç famæ terminos immenſum prolatabis.

Non ne inter celebriores eminebit Gulielmus Anglorum Rex? ad quem hæc gloria perueniebat, quòd puella, vel auro onuſta, incolumis ejus regnũ

perſuaderet : duo ſcilicet humanarum cupiditatum illices, aurum, & virginitas, in ſyluis, cupiente nullo, illibatæ diuerſabantur. An ne tunc temporis Angli ſentiebant ſtupidi, vel torpeſcebant in ſenſibus; qui acutius, quàm nunc ad rectum, & honeſtum vigebāt? longo vſu perſtringente iuſtitia, exoleuerant vitia, & ſenſus bonis artibus enutriti prauitates libare, non ſecus, ac viſus præſentaneam mortem præſeferens, horreſcebant. Conſuetudo hominum naturam ad bonum, malumq; traducit: veneno diutius paſti nouiſſimè aluntur, quo ſaginatos noſtræ ętatis homines, quis in legum obſeruantiam detorquere poterit. erit mihi magnus Achiles. Morboſa ſtirpe ſati cū ſua labe conſeneſcunt, & infirma ętas fortiùs impetitur. Vitia, quibus iuuenilis animus maduit, in ipſo ſenio roborantur. immortalis quippè mortalium animus, ità humorum motibus, & calori inſertus eſt, vt quodammodo augeri cum corpore, & defloreſcere videatur. Affectus enim, quos imprimit diſciplina, vltra conſuetum gliſcunt, & ſemel adulti, non reuelluntur.

Paren-

Parentes necibus, & grassationibus infames, tamquam diadematos athletas suspiciunt filij, & ad imitationem se accigunt. Accolæ ciuitatis cędibus frequenter pollutæ deseuiunt, & vel ciuilia ingenia humano sanguine semel inebriata, ad vlteriora facinora furũt, & lymphantur. In mouendo intellectu nihil æquat exemplum, quod vel obfirmatas mentes in assensum suum thahit. Videant Principes, quantùm peccent, cum rigoris laxant habenas, & clementiam impunitatibus obtendunt, nam non inclementia modò, sed summa crudelitas est, illudere iustitiam, suæ tutelæ obstrictos non asserere, ac malo exemplo cæteros ad scelera inuitare, in quæ prona est hominũ natura, & facilius bonis moribus seuerè custoditis retinetur, quã semel lapsa à legibus reuocari queat. Istę prauã educationem reddunt timidam, non meliorem; cicuratę belluæ etiamsi mitius agere videantur, ad pristinam feritatem inopinatò recurrunt. Tantum est in teneris consuevisse naturam.

Non demutant temperiem maria, licet infinita flumina se in illa exone-

rent

rent. Idem salis, olei, & aquæ pondus custodiunt, quo ea fabricator nobilitauit; si salem iam adulta hausissent, decretionibus, & auctario subijcerentur. Non igitur minimū perdunt, quia omnia bona habuerunt à natura. Monopotapa, ex priuilegio, & honoris nomine, nobilibus ianuas claudendi potestatem facit, plebi verò ostia non permittit, hoc potissimùm argumento, quod arcere latrones sibi, & iustitiæ sit, non portis: adeò in eo regno deleta est latrocinij nomenclatura, vt præsidia ad excludendos fures superuacua ducantur. Bone Deus! quis infidelibus tantam indidit fidem? iustitia: cur ista in tanta gentis perfidia non frangitur? quia adulta, & inueterata, ideò inconcussa, & solida inest ijs, qui per constituta procedunt, & à patrio more desciscendi nullo cogitationum aculeo stimulantur. Antiqua consuetudo, non peccatum dumtaxat, sed peccati remouet incitabula, nec latrocinandi desiderio conscientia quatitur per ętates stabilita. Vltra ausum patris intendet filius? auorum

conti-

continentiam transiliet nepos? & in tantam legum obseruantiam impudētia irrepet? & aliquis inter tot hominum miriades solus dicetur deliquisse? aut de Principis facilitate sibi spondebit; qui nemini vnquam pepercit? Hoc præceptum penitùs demittant Principes: ibi iustitiam illæsam coli, vbi sub tutore non vacillat; sed adepta est tenorem suum.

Non titubat integris viris innixa; & potissimùm Summis Pontificibus; inter quos Pius V. capitali supplicio aurum substitui passus non est, addēs vocem illam immortalem, & diuinam; si homicidiorum mulctæ auro redimerentur; soli pauperes afficerentur. Circumcidenda est omnibus ansa malè operandi, æqueq; diuitum, ac pauperum furor comprimendus. Humanum sanguinem auro mercari iniquum est, & iniquiùs iustitiam imminui, quam tamdiū reueremur, quādiu inutila non est, semel polluta, non secus ac Princeps temerans, vulgo temnitur.

Mare magnitudinem ne minuat, non plus aquarum in terram impingit

git, quàm accipiat. Non vult altitudinem deprimere, nec attollere, sed continuò cum superfluitatibus luctatur. Regnum suum æternari putat, si nec aliena bona retineat, nec gentilia pessundet. Ideò Carolus V. Mercurino Gatinariæ Magno Cancellario condonationem importunam exprobrāti respondit, quod iustitiæ erat, se largiturum nunquàm, si aliquid contra hanc se imprudente, elapsum esset, repararet. Iustitiam dare Principi est auctoritatem suam abijcere, quam subleuat, non qui indulget, sed qui punit.

Ergò misericordiam, ergò lenitatem, ergò mansuetudinem è Principum pectoribus amoliri contendis? imò intrudere conor. Cuperem Principes imitari salem, qui humido tactus extemplò liquescit, igne exustus impensiùs duratur: precibus, & lachrymis tenerescant Principum corda; indulgeant, & effundant ea, quæ ex inuiolato iustitiæ gremio excidere possunt; ad cuius præsentiam non secus, ac ad conspectum ignis incalescant, accendant furorem suum, mollitiem

coarctent, viros se cordatos probent. Argumentum prosequere, & vrge mare in sua sede liquidum, molle, tenerumq; est, in terras effusum stat, & riget. Princeps in re propria flexibilem se, tractabilemq; præbeat, peculatu absoluat, delinquentium misereatur, patrimonium incessentibus ignoscat: in alieno verò damno vindicem se ostentet seuerum, regidumq; nam alienum dare, vel vendere virtuti non est, sed, aut prodigalitati, aut auaritiæ dādum. Iustitia nemini suum tollit, vel sibi diripit, quæ non prodigenda, non nundinanda, verum reuerenda, colēda, omniq; conatu protegenda; cuius tanta potentia est, vt reges solio inserat & deturbet.

Ludouicus XI. Galliarum Rex istius veritatis assertor, quotiescunq; in furcas incidebat, nudato capite, humili salutatione, eas venerabatur. Insolentiam verò facti demirantibus aiebat, illis gratias debeo, & reddo, illarum beneficio manus admoueo sceptro, & corona verticem cingo, illarū ope salutor Rex, quod ad gubernaculum amplissimi regni sedeam, illarum

muneris habeo. Prudentissimus Rex ita iustitiam adorabat, vt eius instrumenta quamuis vilia, & sordida summa obsequij ostentatione prosequeretur. Cum intestinis seditionibus,& externis bellis diutiùs colluctatus, diuini numinis prouidentia conualuit, & ad fortunæ inuidiam suas opes stabiliuit. Senserat se persæpè nutare, senserat dominij retinacula solui, viderat aliquãdo spes suas funestatas, dein lætas, aduersus omnes insultus vicem suam rependisse. Portentum sibi videbatur regnum tam pacatè administrare, Hoc miraculum (aiebat) à Deo est: ipse me Regem delegit, & tenuit, quia leges non peruerti, quia principale facinus inculpata conscientia exercui, quia iustitia apud ipsum me criminata non est. Lustrabat suos milites, peditatum, cataphractos, prætorianos, & secum sic loquebatur. Isti custodes mei regni sunt, à quibus tamen non habeo, quod imperem: arma dominationem meam nõ sanxerunt: impetus ratum mihi non fecit imperium: vis immensitatem hominum audire mihi non coegit, quod discri-

mina euaserim, quod hostes fuderim, quod prælia ad votum acta sint, fortuna non dedit: me iura, me legum obseruantia, me iustitiæ propugnatio, me Deus solio stabiliuit.

Poterat ne Deus dulcia creasse maria? non, si naturę necessitates respicimus: quis infinitæ obstitit potentiæ? iustitia; cui obtemperat omnipotens. Multa enim ex creatis computruissent, aut saltem, tam profunda temporis altitudo super creaturas non venisset. Attamen non adeò salsa debuerat fecisse? multo minus. Reclamabat rerum proportio aliter temperari: mitia acrioribus condienda erant. venena ipsa mundi ordinem disponunt. Si Deus placidis tantùm, & benigniori-bus operam dedisset, staturum non composuisset orbem, sed corrupisset. Principem honestat clementia, & sordidat, auctoritatem nectit rigor, & dissoluit. Vna iustitia decorat, illustrat, confirmat, cordatum, sapientem, & amantissimum mundo, cæloq; ventitat.

EX NATVRAE PRAESCRIpto varijs motibus agi maria, ne putredine difluant, eosdemq; vsus præstare inibi fluxum, & refluxum; sicut in corporibus viuentium transpiratio.

Caput V.



Atura in primis visa est odisse quietem, & sua opera ità instituisse, vt si torpescant, statim à suis limitibus extrudi debeãt. dedignat aliquod naturale esse, quod desedeat: periodum vitę posuit otiũ, quam labori ęternè mandauit custodiendam. Vis dignoscere naturę alũnos? aspice quos inertia fatigat, & lassat, quos reficit motus, & instaurat. Homines, quos solutos procreasse gloriatur, à negotio non exemit: exęrcere musculos ità ijs liberum passa est, vt si frequenter ambularent, longęuã

spoponderit adolescentiam, si inertirent maturam interminata sit senectutem: assiduis motibus viscera impegit, quibus nullū permisit arbitrium. Cor ardore deflagrans, & fuliginibus pressum, has, sinus coarctando, exprimit, quos è vestigio aduentanti aeri recludit, frigidumq; trahendo, molestias demulcet. intra necessitates positum, dum graue cogitur excutere cōtrarijs motibus, ductum, spiritum ingerit, & excludit, vitamq; inspirat exspirādo? Primum vitæ instrumentum motui fecerat, ne reliqua ab opere desisterent, vel aliquando quieti vacare possent. Accedunt arteriæ, mox regrediuntur, quibus cognatæ astipulantur venæ, feruidus sanguis vitam pulsibus regit, cerebrum cum suis meningibus semetipsum quatit, totus ambitus vaporibus inflatur, & euaporatione detumet. amplectitur ventriculus cibum, & digesto laxat angustias: coquit iecur humores, torquet se in sono lingua, partes denique omnes sibi, & alijs perenni agitatione deseruiunt. Tantum inualuit apud Philosophos cuncta reuolui, vt nonnul-

peruaderet: duo scilicet humanarum cupiditatum illices, aurum, & virginitas, in syluis, cupiente nullo, illibatæ diuersabantur. An ne tunc temporis Angli sentiebant stupidi, vel torpescebant in sensibus; qui acutius, quàm nunc ad rectum, & honestum vigebāt? longo vsu perstringente iustitia, exoleuerant vitia, & sensus bonis artibus enutriti prauitates libare, non secus, ac visus præsentaneam mortem præseferens, horrescebant. Consuetudo hominum naturam ad bonum, malumq; traducit: veneno diutius pasti nouissimè aluntur, quo saginatos nostræ ętatis homines, quis in legum obseruantiam detorquere poterit. erit mihi magnus Achiles. Morbosa stirpe sati cū sua labe consenescunt, & infirma ętas fortiùs impetitur. Vitia, quibus iuuenilis animus maduit, in ipso senio roborantur. immortalis quippè mortalium animus, ità humorum motibus, & calori insertus est, vt quodammodo augeri cum corpore, & deflorescere videatur. Affectus enim, quos imprimit disciplina, vltra consuetum glifcunt, & semel adulti, non reuelluntur.

Parentes necibus, & grassationibus infames, tam quam diadematos athletas suspiciunt filij, & ad imitationem se accigunt. Accolæ ciuitatis cędibus frequenter pollutæ deseuiunt, & vel ciuilia ingenia humano sanguine semel inebriata, ad vlteriora facinora furũt, & lymphantur. In mouendo intellectu nihil æquat exemplum, quod vel obfirmatas mentes in assensum suum thahit. Videant Principes, quantùm peccent, cum rigoris laxant habenas, & clementiam impunitatibus obtendunt. nam non inclementia modò, sed summa crudelitas est, illudere iustitiam, suæ tutelæ obstrictos non asserere, ac malo exemplo cæteros ad scelera inuitare, in quæ prona est hominũ natura, & facilius bonis moribus seuerè custoditis retinetur, quã semel lapsa à legibus reuocari queat. Istę prauã educationem reddunt timidam, non meliorem: cicuratę belluæ etiamsi mitius agere videantur, ad pristinam feritatem inopinatò recurrunt. Tantum est in teneris consueuisse naturam.

Non demutant temperiem maria, licet infinita flumina se in illa exonerent

rent. Idem salis, olei, & aquæ pondus custodiunt, quo ea fabricator nobilitauit; si salem iam adulta hausissent, decretionibus, & auctario subijcerentur. Non igitur minimũ perdunt, quia omnia bona habuerunt à natura. Monopotapa, ex priuilegio, & honoris nomine, nobilibus ianuas claudendi potestatem facit, plebi verò ostia non permittit, hoc potissimùm argumento, quod arcere latrones sibi, & iustitiæ sit, non portis: adeò in eo regno deleta est latrocinij nomenclatura, vt præsidia ad excludendos fures superuacua ducantur. Bone Deus! quis infidelibus tantam indidit fidem? iustitia: cur ista in tanta gentis perfidia non frangitur? quia adulta, & inueterata, ideò inconcussa, & solida inest ijs, qui per constituta procedunt, & à patrio more descifcendi nullo cogitationum aculeo stimulantur. Antiqua consuetudo, non peccatum dumtaxat, sed peccati remouet incitabula, nec latrocinandi desiderio conscientia quatitur per etates stabilita. Vltra ausum patris intendet filius? auorum

conti-

continentiam transiliet nepos? & in tantam legum obseruantiam impudētia irrepet? & aliquis inter tot hominum miriades solus dicetur deliquisse? aut de Principis facilitate sibi spondebit; qui nemini vnquam pepercit? Hoc præceptum penitùs demittant Principes: ibi iustitiam illæsam coli, vbi sub tutore non vacillat, sed adepta est tenorem suum.

Non titubat integris viris innixa, & potissimùm Summis Pontificibus, inter quos Pius V. capitali supplicio aurum substitui passus non est, addēs vocem illam immortalem, & diuinam; si homicidiorum mulctæ auro redimerentur, soli pauperes afficerentur! Circumcidenda est omnibus ansa malè operandi, æqueq; diuitum, ac pauperum furor comprimendus. Humanum sanguinem auro mercari iniquum est, & iniquiùs iustitiam imminui, quam tamdiu reueremur, quādiu mutila non est, semel polluta, non secus ac Princeps temerans, vulgo temnitur.

Mare magnitudinem ne minuat, non plus aquarum in terram impin-

git

git, quàm accipiat. Non vult altitudinem deprimere, nec attollere, sed continuò cum superfluitatibus luctatur. Regnum suum æternari putat, si nec aliena bona retineat, nec gentilia pessundet. Ideò Carolus V. Mercurino Gatinariæ Magno Cancellario condonationem importunam exprobrãti respondit, quod iustitiæ erat, se largiturum nunquàm, si aliquid contra hanc se imprudente, elapsum esset, repararet. Iustitiam dare Principi est auctoritatem suam abijcere, quam subleuat, non qui indulget, sed qui punit.

Ergò misericordiam, ergò lenitatem, ergò mansuetudinem, è Principum pectoribus amoliri contendis? imò intrudere conor. Cuperem Principes imitari salem, qui humido tactus extemplò liquescit, igne exustus impensiùs duratur: precibus, & lachrymis tenerescant Principum corda; indulgeant, & effundant ea, quæ ex inuiolato iustitiæ gremio excidere possunt; ad cuius præsentiam non secus, ac ad conspectum ignis incalescant, accendant furorem suum, mollitiem

coarctent, viros se cordatos probent. Argumentum prosequere, & vrge mare in sua sede liquidum, molle, tenerumq; est, in terras effusum stat, & riget. Princeps in re propria flexibilem se, tractabilemq; præbeat, peculatu absoluat, delinquentium misereatur, patrimonium incessentibus ignoscat: in alieno verò damno vindicem se ostentet seuerum, regidumq; nam alienum dare, vel vendere virtuti non est, sed, aut prodigalitati, aut auaritiæ dandum. Iustitia nemini suum tollit, vel sibi diripit, quæ non prodigenda, non nundinanda, verum reuerenda, colēda, omniq; conatu protegenda; cuius tanta potentia est, vt reges solio inferat & deturbet.

Ludouicus XI. Galliarum Rex istius veritatis assertor, quotiescunq; in furcas incidebat, nudato capite, humili salutatione, eas venerabatur. Insolentiam verò facti demirantibus aiebat, illis gratias debeo, & reddo, illarum beneficio manus admoueo sceptro, & corona verticem cingo, illarū ope salutor Rex, quod ad gubernaculum amplissimi regni sedeam, illarum

mu re-

muneris habeo. Prudentissimus Rex ita iustitiam adorabat, vt eius instrumenta quamuis vilia, & sordida summa obsequij ostentatione prosequeretur. Cum intestinis seditionibus, & externis bellis diutiùs colluctatus, diuini numinis prouidentia conualuit, & ad fortunæ inuidiam suas opes stabiliuit. Senserat se persæpè nutare, senserat dominij retinacula solui, viderat aliquãdo spes suas funestatas, dein lætas, aduersus omnes insultus vicem suam rependisse. Portentum sibi videbatur regnum tam pacatè administrare. Hoc miraculum (aiebat) à Deo est: ipse me Regem delegit, & tenuit, quia leges non peruerti, quia principale facinus inculpata conscientia exercui, quia iustitia apud ipsum me criminata non est. Lustrabat suos milites, peditatum, cataphractos, prætorianos, & secum sic loquebatur. Isti custodes mei regni sunt, à quibus tamen non habeo, quod imperem: arma dominationem meam nō sanxerunt: impetus ratum mihi non fecit imperium: vis immensitatem hominum audire mihi non coegit, quod discri-

mina

mina euaserim, quod hostes fuderim, quod prælia ad votum acta sint, fortuna non dedit: me iura, me legum obseruantia, me iustitiæ propugnatio, me Deus solio stabiliuit.

Poterat ne Deus dulcia creasse maria? non, si naturę necessitates respicimus: quis infinitæ obstitit potentiæ? Iustitia; cui obtemperat omnipotens. Multa enim ex creatis computruissent, aut saltem, tam profunda temporis altitudo super creaturas non venisset. Attamen non adeò salsa debuerat fecisse? multo minus. Reclamabat rerum proportio aliter temperari: mitia acrioribus condienda erant. venena ipsa mundi ordinem disponunt. Si Deus placidis tantùm, & benignioribus operam dedisset, staturum non composuisset orbem, sed corrupisset. Principem honestat clementia, & sordidat, auctoritatem nectit rigor, & dissoluit. Vna iustitia decorat, illustrat, confirmat, cordatum, sapientem, & amantissimum mundo, cæloq; ventitat.

spoponderit adolescentiam, si inerti-rent maturam interminata sit senectu-tem: assiduis motibus viscera impegit, quibus nullũ permisit arbitrium. Cor ardore deflagrans, & fuliginibus pres-sum, has, sinus coarctando, exprimit, quos è vestigio aduentanti aeri reclu-dit, frigidumq; trahendo, molestias demulcet. intra necessitates positum, dum graue cogitur excutere cõtrarijs motibus, ductum, spiritum ingerit, & excludit, vitamq; inspirat exspirã-do. Primum vitæ instrumentum mo-tui fecerat, ne reliqua ab opere desi-scerent, vel aliquando quieti vacare possent. Accedunt arteriæ, mox re-grediuntur, quibus cognatæ astipu-lantur venæ, feruidus sanguis vitam pulsibus regit, cerebrum cum suis me-ningibus semetipsum quatit, totus ambitus vaporibus inflatur, & euapo-ratione detumet. amplectitur ventri-culus cibum, & digesto laxat angu-stias: coquit iecur humores, torquet se in sono lingua, partes denique om-nes sibi, & alijs perenni agitatione de-seruiunt. Tantum inualuit apud Phi-losophos cuncta reuolui, vt nonnul-

li terræ otium improbauerint, quam licet in centro stantem agnoscam, nunquam tamen feriari frugum demonstrat exortus. Spectatur quotidie cœlorum pernicitas, quam vix metitur oculus: grandioribus enim maius instat præcipitium, ni ocius præcipitentur. Nec tantus raptus faciebat naturæ satis, nisi sydera, quasi occidere perhorrescerent, opposito cursu in orientem niterentur, & planetæ super exoticam, & insitam rotationẽ, modo apogei altissima scãderent, modo perigei infima peragrarent. Edocent cœli cunctas creaturas, quam sit naturæ infensum pigrescere, vastasque moles, quantùm deceat vno non tueri se motu, sed multiplici cursu moderari. Vt non demiremur amplissimum oceanum obsitum terris, septum aere, impetitum aquis, pulsibus cedens, & orbiculatum trepidare, fluctuare, deuolui, fluere, retrocedere, inflari, remitti.

Hic primi mobilis motui obtemperans, quo cuncta inferiora solicitantur se lentè in occidentem conuertit; sed terrarum inæqualis dispositio ob-

uiam facta nonnunquã intercipit iter, vel alio cogit deflectere; septentrionalis quippè eminentior plaga in depressiorem Australem vndas præcipitat, quas obiectæ retorquent insulæ, vel scopulorum occursus euerberat, sinus vorag.nes angustiæ, breuia, syrtes, euripi, plana, montuosa, pro diuersa situs figura, altitudine, qualitate, a specu regionis, & impetu pelagi, sistunt; impellunt, tumorem exhauriũt, augent, inter se fluctus committunt, pacatiores reddunt, præcipites agunt, demulcent, excurrere cogunt, & malatia premunt.

Nequè casus tam varias mutationes dispensat, aut fortuita positio tot gubernat volumina. Si opticè celos speculari altitudo pateretur, vel per illos, tanquam per pelagus, euagari liceret, vberior fortasè rerum concursio fatigaret hominum mentes, aut, quod certius est, fuscaret in tanto lumine; nam præter discretos orbium circumactus noua syderum emersio, & cometarum ad tempus illustratio negant supremam illam plagam mutationibus peruiam, tam altè, vt nos

 puta:

putamus tranquillari. In mundi conditione, aut quod immensitas vsui hominum conduceret, aut diuinam deceret omnipotentiam, sic Deus per innumeras partes cuncta cōposuit, vt vna alteri addicta certum finem, queq; sortiretur; Scylla, charybdes, vortices, cautes non fuerunt ad horrorem, aut polituram, sed ad operis complemētum egregiè digesta; quæq; nobis minus conducere, vel potius dedecere videntur, in alto conditoris arcano positiora sunt.

Verum ad mare reuertamur, quod præter dicta turbant venti, qui non tātùm in diuersa iactant, sed in interiora detrusi ima miscent supremis, tollunt abyssos, & summa aquarum in penitiora demergunt. Hæc tamen cōcussio horarum, vel dierum curriculo tandem concluditur: ex aduerso flumina, quæ se in mare sepeliunt, quietem aliquando viuere, & motū emori prohibent. Iugi allapsu, neq; intermissa alluuione æquora concitant, in altius trudunt, & tumores peruadere cogunt; agmina quippè fluuiorum, qui depressam mæotydem subeunt, in Pon-

tũ mouẽt, Pontũ in ægeum, ægeũ in Siculũ, Siculũ in Sardooũ, atq; Thyrrhenum, omnium eleuatissimum propellunt. In labi i maris vastitate flumina nullis distenta repagulis, ingentes sibi alueos efformant, & secum lubricam molem cõuoluũt; in immenso enim sinu tumulata non pereunt, & licet per consortem humorem dispergantur, impetus non exoluitur, nec in vastissimo corpore diuulsus frangitur, sed ad longissimos tractus durat integer, incolumisq; persistit, neq; tantùm ijs aluntur maria fluuijs; qui terras circuiuerunt, sed à marinis scopulis exultantibus, qui cum vicina, & vberi alantur vena, maximi, & concitatissimi per instabilem planitiem diramantur, vt iam stupor supercilium non erigat, maria ventis, & fluminibus concussa in aduersum fluere, sublimia irrepere, oppositis insectari motibus, & reciprocis fluctibus torqueri.

Magno expediti miraculo maius incurrimus. Qui naturæ ambages euoluunt, nouis semper irretiti portentis nunquam inuolubris cogitationes redimunt, quæ, quò magis feruidæ, eò

plus eleuant vaporum, quàm disgregent, tantùmq; sibi nubium offundūt, vt ægrè scintillent. Multa maris abstrusa reteximus, secretiora restant; decantati fluxus, & refluxus causæ inquisitio quot macerauit ingenia? quę mari, & terra infructuosè peragratis, & in sublunaribus inaniter desudātia, ipsa tandem appellarunt sydera. Proximior luna preces exaudita in subsidiū fessæ mentis suis accurrit influxibus, qui humiditatum præsides, fluidarum rerum commotiones ministrant. Et verè Oceanus lunæ cōsentit, suosq; æstus ad lunaris luminis incrementum metitur; nam in nouilunijs minus turget. in plenilunijs maximè feruet, dimidiata luna, tàm auctus, quàm decrementa temperat. Quotidie, qua hora luna superat Horizontem vsq; ad meridiei punctum, æstuat, cum à meridie deuergit, incipit feruor consenescere; mox aliam scandentem cæli medietatem, pari accessu, & recessu, comitatur. Veritati hærere recusat, qui tam euidentia non audit argumenta, quæ licet leuigent ad veritatem iter, ità tamen asperitates castigatæ non sunt, quin mēs
obuios

obuios adhuc ſcopulos explanare nitatur; nam ambigitur, an aſtrum extollat fluctus, vel mare ex ſe ad præſentiam cæleſtis luminis exurgat; an vtrumq; in æſtum conſpirent? qui lunæ ſcopus ſit tanta moliendi? quod maria emolumentum recipiant in ſui motus perpeſſione? num luna nouas aquas in acceſſu ſuperfundat, mox ſorbeat in receſſu? an lucis calore denſæ partes rareſcant, quæ ſedem dilatantes pelagus grandeſcere cogant? quæ omnia, vt ſeriatim ventilemus, per ſua primordia reſerabimus.

Animantia, quorum vita ob quæſitiſſimas operationes aſſidua flamma deflagrat, quæ ſine exhalationum effumatione, & aeris appulſu protinus extingueretur, geminis ſpiraculis, natura muniuit, quibus circumſitus aer in interiora demiſſus moderaretur incendio, flammeq; papulum ſufficeret, & exploſæ exhalationes in ambientem erumperent, quæ alioqui retentæ putridum inurerent; idcircò pulmonibus circumſepit cor, qui tamquàm flabellum, vtrumq; vſum egregiè pręſtarēt? corporis verò ambitum mea-
 bili

bili cute protexit, quæ appellentes vapores incessanter transmitteret. veruntamen sicut cæteris creaturis respirationis organum tamquam superuacuũ denegauit, ità pororum beneficio vti concessit: sic arbores, plantæ, solidissimiq; lapides, præuijs spiramentis, alimentum suggerunt, ijsdemq; fumos, & vapores excludunt nam sublunaria in hoc incumbunt, vt nutritionis ope vitam diutissimè trahant, quæ sine ignis actione tueri nequit. Exigente natura cuncta tandem corrumpi, cum inter elementa, ad destruendum magis idoneum, vitæ, & temperamentorum administrationi præfecerit; calor enim conseruationem rerũ ab euersionibus auspicatur, tamquam ille, qui non ad aliorum commodum, sed in sui ipsius vsum suos vertit conatus, vt viuat, vt se diffundat, & cuncta vorando in se transferat. Hinc fit, vt licet ad tempus multa ad rerum incrementa præclarè moliatur, nihil tamen sine vaporum, & fuliginum præstet exortu; quæ quia si perstarent, temperiem subruerent, & mixtorum viscera molesto incendio corrumperent, natura foramina rebus

inser-

inseruit; per quæ continuò exploderẽtur: hinc tota orbis moles meatibus consita, qui in dies generantur vapores ocyssimè transpirant; vna aqua excepta; quæ cũ frigeat modicos fumos progignit, quorum dilapsum frequens iactatio, tenuitas, & liquiditas solicitant.

Aduersa omnia pro mari stãt, quod, nec tenuè, nec frigidum, nec perspirabile sed crassum, oleaginosa, salsaq; materia coalitum, igne plurimo graui, & fuliginum generationi opportuna, quæ nisi per tumidum illum æstum egererentur, ipsam maris, temperiem putrida tabe conficerent. Laxatur enim humor, dum exuberat, & hinc indè se pandens impetentibus non interdicit effugio; nam præter gentiles maris halitus, subdita quoq; tellus exhalationum agmina in sublime concitat, quæ, cum superficẽ excesserint, meatibus destitutæ vernaculis fumis associantur, & feruent, mutuisq; viribus se se inuicem iuuantes, dẽsum maris corpus exagitant, in sublime eleuant, hiscere cogunt, nec residere patiuntur, donec difflare desie-

 rint

tint. Sic luna asserit à putredine maria fuligines, & vapores exhauriens; non tamen vndas ad se pellectat, & suspēdit, sed anhelituum motricem se præstat, istos scilicet ad egressum concitat, marini verò liquoris rigorem mitigat, sua luce, & influxu contumaciam imminuens, vt vrgentibus mollius resistēs promptius cedat. Quem motū, si quis solertet specularetur in nostris corporibus, cùm fluctus geminum inueniret. Nam certum est, cum alimenti coctio vrget, carnes, extimamq; cutim attolli, vaporum turmis eò maturantibus, & per poros præcipitantibus fugam: exacta verò coctione ad suam naturalem sedem emota remitti. Sed nos, aut præterimus minima, aut egrè cōprehendimus, & à naturali moderatione, præter crassos, cæteros tumores non distinguimus. Cæterùm, statis, & definitis horis, corporis summa intumescunt, & identidem per diem coctione, motu, calidorum haustu, aut eorum exhibitione, quæ vapores deturbant luculentissimè in flatio proditur. Sed multo minori strepitu, id in nobis, & cæteris animantibus fit, in

quibus

quibus per poros halitus se furtim penetrant, & effugiunt: mare verò imperuium quatitur, & quodammodo dilaceratur, ante quàm obductū carcerem exhalationes fregerint. Hanc maris fluxui causam statuo. In refluxionis vero causa explicanda vlterius non laborabo, cum nihil magis proprium sit naturalibus, quam in suas sedes remeare. Violentus fluxus externo concitatur impulsu, naturalis recessus nullius indiget auxilio.

Porrò plagæ, in quas æstus vergunt, naturalium sectatores magnoperè delassarunt, cum modo ad orientē, modo ad occidentem maris tumor conuertatur, contra vsitatum ipsius motū, ad exemplum primi mobilis ordinatum; à qua cura haud magno te eximes negotio, si in nostra perstabis sententia. Exhalationes enim ad dissimilem pelagi, & terrarum habitum in quibusdam locis magis, alicubi verò minùs vberant. Quarè æstus eò vergāt necessè est, quò ab affluentibus halitibus propelluntur.

Naturæ præceptis insistens portentosa mihi videor hydræ capita resecas-

ſe, niſi monſtrum hoc adhuc vno latrans obſtreperet ab indi fluminis oſtio; ad huius quippè litus in nouilunijs, quo tēpore cætera maria ferè pacatè agūt, pelagus exundat. Difficultatem rei cumulat diuerſitas æſtuum, in quos maria in nonnullis locis exeunt: non enim vbiq; eadem eſt ebullitionis facies; ſed alibi plurimū ebulliunt, alibi modicam, alibi penè nullam exerunt efferueſcentiam. Aduerſus hanc, præter quam quod in ſuperioribus exaratum de terrarum ſitu recurrit argumentum, teneas oportet regiam poteſtatem nō adhibere ſydera, ſed inferiorum propenſiones ſectari; ea mouere, quæ ad motum inſita vi feruntur, nihilq; obire, quod cuiuſq; naturæ fines tranſcendat, ac pro diſparitate recipientis influxus, non eaſdem conferre affectiones: maria ex eadem prodijſſe dextra, quæ diſpariles terras cōtexuit, frigentes, feruidas, emunctas, humentes, eiaculantes Flāmas, ructantes aquas, arenoſas, lapidificas; vndè mirum non eſt, ſi maria diſſonam, & ipſa inter ſe naturam nacta ſint, raram, denſam, ſpiſſam, tenu-

em.

em. Ijs accedit nihil magis mutationibus subijci, quàm mare, quod flumina hospitatur, aquisq; suffunditur e subiecto solo exilientibus: inde fit, vt pelagus multa aqua dilutum ad procreãdos halitus minus efficax sit; syncerum verò, suæq; naturæ relictũ assiduis fumis sua viscera farciat; rursus, aut crassum, aut in profundioribus cunabilis altissimè sedens minus pateat halitibus vias omnes, & abitus densitate sua, vel humoris multitudine obstruens: vnde repercussæ exhalationes, aut oppressæ, si modicæ sint, silent, cum multę, vires suas colligunt, insolescunt, ferociter grassantur, obiectamq; molem exturbantes aperiunt sibi, per discerpta viscera, effugium. ex his comprehende, non eodem modo tumultuari maria, cum materiæ procreatio tumultus causa tam diuersimodè procędat.

Varietati causarum accedit luna dominium suum ad subditi patientiam dispensans. hæc enim actiuis qualitatibus simplices aquas, & iniurijs obuias efficaciùs signat, quàm mare, quod salis, & olei consortio poten-

tiùs reluctatur. hinc fit, vt pro varia maris cōditione, quā init, variè fœtet; luminosa quippe luna, tùm calore, cùm occulta vi, abditoque imperio laxat aquas, suaq; iussa, & robur ad maria transmittit; ex quibus tamen illa magis obnoxia, & audientia iussibus offendit; quæ aut à fluminibus, aut à demisso solo aquarum plurimū consciuerunt. Aquarum enim mixtura, si cōsuetam superet mensurā, mare ad summissiorem obedientiā parat. nam pelagus suæ naturæ relictum, & duntaxat destinata sibi aquarum copia instructum segniùs lunæ obtemperat, & propterea multo minus diducitur, ac laxatur. hinc fit, vt relaxationes marium sibi non conueniant, cum alibi minores, alibi maiores promantur ad humoris conditionem. Intensa relaxatio sine euidenti contentione halitus, quamuis copiosos demittit, moderata verò si paucæ sint fuligines has exspirat sine tumultu, si in mediocri copia mediocrem edit tumorem, si multæ se se inuicem ad egressum vrgentes insignem parit inflationem. Eo aliqua maria, quæ pau-

cos halitus concipiunt, & multum relaxantur minimos quos ferunt æstus, nobis malè parua explorantibus abscondunt; alia maiores, & patentiores obijciunt; ita vt hanc ausim ponere sententiam, multos halitus, & relaxationem moderatam magnos inducere ęstus, nam cum primum illustrioris lunę beneficio mare relaxatur, fuligines sub obscura, vel corniculata luna, mare, suo frigore constringente diù oppressæ, ideò insultandi auidæ, laxum corpus nactæ præcipites scandunt, & ea facilitate quodammodo abutentes, dum egressum insolenter festinant: illud eleuant, ęstumq; prouocant, ità vt mediocri relaxationi plures halitus ęgrè demittēti pręcipua inflationis causa leganda sit, sicuti admodum solutum, laxumque mare vix conspicuo incremento fuligines egerit.

Verum lumine vacua luna, aut minimum irradiata, purum, & inuiolatū mare suo frigore imbecilliter stringit; adeò vt per ipsum adhuc ferri, & diffundi halitus quoquomodo possint, vel saltem non adeò arctè obruātur

tur, vt in mari multa aqua prægnanti quod validiùs vi frigeſcentis ſyderis arctatum, & obſtructum fuligines, ſeueriſſimè cōpeſcit, & obligat; quibus nedum minimus patet egreſſus, nec minima ineſt laxitas, per quam ſe dilatare poſſint. quare, cū ſūmè coactæ, compreſſęq; ſunt paucæ exhalationes à tam rigida præſſura penitùs retunduntur; multæ verò ſic denſatæ incaleſcunt, feruorem acuunt, & æſtum mouent.

Indum illud mare duabus inſignitur proprietatibus, quæ licet in vnum raro conueniant, conuenire tamen poſſunt, ſcilicet propter hoſpitium ingentis fluminis dulcibus aquis exuberat; nec non aut propter fumoſam ſoli conditionem, aut propter maris altitudinem, aut propter inſitam pelago naturam, multas progignit exhalationes, quas aquoſum hoc pelagus plenæ, & pernocti lunæ ſubmiſſiùs obtemperans, ideò ſub hoc tempore maximè explicatum, ſolutum, & laxum, ſine magno æſtu tranſmittit. Sub vacua verò luna frigore intenſiſſimè concretum copioſas ſuas

exha-

exhalationes ita perstringit, ac opprimit; vt inflammentur, & ebuliant, magnosq; ciant æstus.

Vt non magno negotio hæc percipias, ad corpus humanum redeamus. Hoc vlceribus, & tuberculis fædum, humorum verò colluuie nō adeò scatens, sub hyemem densata cute, integratur; quod è contra humoribus affluens, exhalatione prohibita, impensiori morbo tumescit.

Ne litem potius legasse posteris videar, quàm diremisse, promam breuiter, quid hoc in loco relaxationis nomen prætendat. Relaxantur marinæ vndæ, cum minus lentescunt, relegato frigore, quo vinciebantur; tunc fractis quodammodo claustris, non amplius coguntur spiritus, sed per solutum corpus minus prohibiti, aliqualiter meant. Velut si igne tepescat aqua, non ampliatur mole, sed laxa, & tenuior, vel saltem non concreta, aut constructa frigore, corpusculorum retinacula laxat. Nec dicas id faciliùs exequi feruentem solem, quàm lunam, nam sol maris subtilia exorbens, summa assat, infima non attingit; luna

verò luce, & influxu remotissimos adit humores, qui vel in abyssis stagnantes dominæ non reluctantur: est enim quædam rerum proportio, sympathia, obedientia, & imperium, quò mundus ex occulto gubernatur.

Nollem in re tanta a naturæ instituto deflectere, ideò microcosmum tibi frequenter ad exemplar exhibebo pruritus, & scabies, quam tenuis, & adustus humor, vel retorridus inuehit halitus, ad incrementum lunæ infestiores corpori reddũtur; in decremẽto verò pacantur: è contra, non paucos vidi, qui opposita nocumenta experiebantur. Nam cum corporis humani actiones frigus, & calor disponant, nonnunquam calor in vno corpore frigoris munus occupat, in alio verò frigiditas caloris vices implet. Quidquid recipitur, proclamat Aristoteles, ad modum recipientis recipitur. Eadẽ scabies in aliquibus æstate sopitur, euigilat hyeme, & vigiles reddit; aliorum patientiam sub cane vrget, brumalibus verò diebus non fatigat; humor enim subtilis, vel halitus in laxo corporis habitu æstiuo

calore

calore diſperditur, in coacto ad cutē delatus, cum diſſipari nequeat, tollit in abſceſſum, & vlcera, quæ hyems oppoſita ratione extinguit, vel exaſperat. Sic eodem inſultante vapore, vel humore, pingue, perſpirabile, robuſtum, vel debile corpus inflatur, aut detumet, eidemq; cauſæ diſtantiſſimi adijciuntur effectus. bilis ſimplex tertianas præſtat, aduſtam quartanarij motus nanciſcuntur. Sanguis manè, bilis meridie, pituita veſperi, ſub tenebris expergiſcitur melancholia. ſed in quantis hic ordo peruertitur, & pituita frequenter manè, bilis nocturno tempore infeſtat.

Dies criticos per quartas conſtituit luna, vnde ſeptimus, qui primā quartam terminat, Princeps nuncupatur; ſextum nullo lunæ aſpectu irradiatū tyrannum dicunt: at quot tyrannides cum læthali criſi princeps excreuit? ex aduerſo, quantos tyrannus ab orco reuocauit, principis munere perfunctus? Iidem ſunt humores, eadem naturæ, lunæq; & ſyderum conſpiratio, ſed in diuerſa corpora cadunt. Ne amplius æſtuas in maris æſtu: pro-

babi-

babilioribus acquiesce rationibus, cũ videas, quàm arduum sit, suas rebus adiudicare causas. Sublunaria mobilia sunt: rerum temperies cum tempore decoquuntur, & in diuersa transeunt.



OSTENDITUR QVANTUM dissentiant operationes humanæ à naturalibus, cùm luxuriam maria, vt incolumitatem defendant, luxus verò hominum, opes, vitamq; perdat.

Caput VI.



ROfunditatē sui lecti abominantur maria, semper in cunis esse non sustinentia. Ad purissimas auras impellente cælo, abiectissimam mansionem pouocant. Præsētia lunaris splendoris inuitata gliscunt, & luminis incrementa sequuntur, gloriantia pro sede abyssos non indidisse sibi naturam, quibus luminare procuratorem dederat; licere ad despectum terræ supercilium tollere, quibus sydera opem suam vltro præstarent, & vel pulchritudine capta, vel cognatione naturæ, ad se suspenderent: in se elatas

non

non fuisse ripas, quas ad arbitrium superuaderent: crepidines, & litora imperium suum ornare, non sistere, quod nulli infimi orbis fines clauderent, cũ ad cælos eniti fas esset. Hominum natalia circumsistit paupertas, tristisq; miseriarum aspectus cunabulis obuersatur, è quibus tamen se erigit infans, vagitibus imperium, non seruitutem clamitans. Inopiam apertè repudiat, & primas nascendi angustias eluctans, indignatur nobilissimam creaturam, tam artis spatijs obsideri: negat ortibus suis vllos terminos datos esse, quos sibi vastissimos fingit: lac eo ore sugit, quod nullis obstupescet obsonijs: illos oculos obruunt lacrymæ, quorum aciem non terminabit terrarum vastitas: illa desideria exigua stringũt crepundia, quæ totius orbis delitiæ non morabuntur. Soluet se fascijs, quibus regnorum limites ambiet: nulla serica satis decorè corpusculum vestient: nulli adamantes satis lucidè in articulis splendebunt: nulli torques satis põposè pectus redimient.

Consueti limitis oblita extuberant maria, bis in die repagulum altè demersum

mersum tegentia: luxuriat homo, sed insolentiùs, ambit grandia, affectat splendida, non pro ratione quidem originis suæ, quæ syderibus profecta congruo lumine irradiari non expetit. Pelagus suos conatus ad cęlos dirigit, homo se demergit in pelagus, quærēs inibi sui ambitus ornamenta. Vbi spissiores sunt tenebræ, sui splendoris alimēta prouocat: vbi duriores sunt cautes, mollissimi luxûs aucupatur insignia.

Iuga montium suspice, quæ oculus statim ascendit, & pedes adeunt vix fatigati; ambitiosissimi hominis non vltra tendunt cogitationes. Hę momento dilatari possunt ad cælos, attamen breuioribus limitibus gaudent, & dum cupiunt amplissimas metas, sibi ponunt angustas. neminē igitur mortalium sua capit fortuna, quæ omnibus iniqua est, cum vel benignissima non expleat, omnibus auara est, quia hanc nemo, nisi terræ bonis æstimat, quæ cum pauca sint, multa in aliquem cadere nequunt. Purgamenta terræ, & abiectæ quisquiliæ maris humani animi effusissimam libidinem

far-

farcirent, & voluptates porsus extin-
guerent, si mercis copia, vti elegantia
satisfaceret. Sed adeò ferax pelagus
non est, nec ità tellus fæcunda, vt lu-
xuriantem animum penitùs stipent;
pulchritudine rei, & pretio delecta-
mur; multitudo verò, & numerus pos-
sidentis desiderio disconuenit. Ideò
luxuria nostra lascivit in dies, & nulla
copia, quamuis immensa obruitur.
Sidit mare, postquam tumuit, non
ità tumoris amãs, quin subindè omit-
tat, quem homo nunquam premit,
sed aliquãdo luxus fastu pellectus pro-
ducit in dies, & lubet per momenta
grandescere. Diuersitas in hoc sita est
motum maris iniungit natura, ideò
sua ducitur periodo; luxus verò impe-
tum concitat ambitio, nullarum legu
mis patiens. Affectionibus autem ani-
mi nulla cum affectionibus corporis
necessitudo intercedit; nam istæ si à
natura non proficiscuntur, dolores
ciendo ad expulsionem sui nos solici-
tant; illæ verò, quamuis noxiæ blan-
diuntur, eaq; afficiunt delectatione, cui
vel cum animi iactura sensus libentis-
simè indulgeant, ægrè ferant decretio-
 nem,

nem, augumentum verò totis viribus promoueant. Quantùm discedunt à violentis, quæ naturæ sunt? maris inflatio in sanitatem tendit, humana verò luxuria priuatam, & communem inquinat valetudinem: augetur mare, vt exhalationes viscera mordētes purget, tumet homo, vt malitiā. In intima trahat, & sanum corpus corrumpat. In hoc consentiunt, quòd ambo exundant, sed maris fluxus suis adhuc paret limitibus, verùm luxuria nullibi sistitur. Vt igitur tàm effreni vitio demus habenas, in incunabulis mitē adhuc, & leuiter ferocientem deprehendamus necessè est.

Postquam coalitæ leges, circumcisa peccandi ansa, sensim diluentes vitia, animos ad virtutes depurarunt, cæperunt ingenia indolem suam excutere, & dotes, in quas nascendi sors propensionem fecerat, ad commune commodum proferre. Hinc artes, & scientiæ passim surrexerunt, quæ homines ab ijs, leuarent necessitatibus, quibus ciuiles viuendi lex propemodū innumeris onerauerat. At quatenus in Republica disciplinas vnas alijs nobiliores,

liores, vel vſus, vel excellentia notauit; prout aliquæ defæcatas tantùm mentes decerent, aliæ etiam craſſis ingenijs ſubactæ; ſua facilitate vileſcerent indè illa ordinum diſcrimina, in quibus vrbanus nitor, & elegantia recumbit, orta ſunt. Plebs, & nobilitas ità ſecernebat ciues, vt opum, aut virtutis occaſus nobilem ad vulgus adigerent, diuitiæ verò, aut artis præſtantia, vel plebeium in orchæſtra collocarent. Sic virtutibus creſcebat opulẽtia, & vtręq; cliẽtes ſuos à multitudinis grege in clariorem locum ſegregabāt, ità tamen, vt quiſq; ordo, vel humilis, vel eleuatus, vel medius pręfixam, & limitatam degendi normã excoleret.

Emicabant quippè gentilium domus ſtructuræ, & ſupellectilis cultu, à vulgaribus nõ vſurpato. Seruitia quoque, habitus, ipſiuſq; met inceſſus grauitas, aut leuitas belliſſimè diſtinguebant. Sed erant iſta ornamenta cultratum non luxus; nam pecunia temporum intercapedine, & ſudoribus parta, vt plurimùm non niſi modeſtè contingens, quemque in ſuæ ſortis confinio ſtarę ſuadebat. Quod ſi caſus ſimul.

mulatam dediſſet, induſtria, & ſedulitate conquiſita aliquo exceſſu diſſolui non tolerabat. Itâ rebus æquo fato fluentibus, dum inæquales hominum ſtatus exæquabat proportio, quiſque mortalium ſuo cenſu, & laboribus vtens, vitamque trahens propria, aut maiorum ſolertia felicem, vel miſerā eam poſcebat viuendi menſuram, qua ad bonorum cuſtodiam magiſtra cōſuetudine, & diſciplinæ cultu inſtitutus fuerat; conuerſo rerum ordine, ciuitatumque corporibus partium ſymmetriam exuentibus, iniuſtitia fortunæ quaſdam domos immenſum tollentis; aut ſeuitia temporum ſparſam pecuniam ad paucorum manus cogente, ſurrexit inæqualitas nullo temperamento coercita, quam excepit luxuries, tùm primùm nata in exuperantia bonorum, mùltos dein torquēs fortuna modicos, æmulatione vecordes; ſic ingens malum læto principio ſerpit in vrbes pernicioſo exitu.

Hincfactum, vt in ſuſpicioſos auctus promulgarentur leges, quos tandem proterere Rempublicam vſus docuerat. Nam ſicut adſpirauit ſemper

uitijs cura mortalium, ita, ijs ad excessum conquisitis, deficit tùm primum locus inter pares superbienti. repudiat domus vicinarum contactū, antiquas sordes spissa marmora sepeliunt: fastiditas maiorum humilitates aurata dissimulant peristromata, laxitatem aularum arctant obsequia, syluas aerem, maria depopulatur culina explorans animas de cadaueribus, & è subtiliori materia condiens obsonia, in quæ ambarum muschum, & ea farcit, quæ quāuis nutritioni ineptа sint, vel cum dispendio natiui humidi, & caloris pascant sensus, quibus blandiuntur, aut ipsa bellariorum operositas sumptuosa mentis alat deliria, quæ nulli vitio magis plaudit, nullum alacriùs excipit, nullum impensiùs incurrit hostili. cætera impotentes absoluunt. luxuriè verò ità obstringimur, vt vltimus miseriarum gradus inuitissimè missionem faciat. hostem sentimus, hostem odimus, hostem amplectimur, paupertatem fugimus, paupertatis nuncium videmus, & comitamur. tam stupida æmulatione lymphati, vt de me-

dica-

dicamentis soliciti exclamemus magnitudinem morbi,& notum venenũ auidè exhauriamus, cupitumque respuamus remedium. inuitè rebus nostris suprema soluentes ferali cruciatu tractamus splendida, incusamusque mores, & tempora, quę non cogunt, & summa in libertate durissimam subimus seruitutem.

Sentit mare pacatiores dies, nunquam luxuria non tumultuatur: mare interquiescit malaciâ, luxurię nec breuissimum spatium vacat, quę morum nouationes in dies fingens, aut exoticos ad delitias eliciens, propria disijcit commoda, perfringit ęraria, euertit domos, perdit vrbes, subruit leges, & imperia.

Paupertas Romanos penates tutelans, aut tenues procerum lares, auctum imperij moderātes formidabilē exteris, tutam ciuibus fundarunt Rēpublicam, fidam prouinciarũ administrationem, integra iudiciâ, illibatas leges, obseruatos magistratus. at postquàm adoleuere priuatę opes, & pauci cęterorum fortunas longè euaserunt, intendi cęperunt familię, super-

bire ędes, lasciuire menteę, ornari corpora; tunc auaritia legatorum vexauit prouincias, tentauit magistratus, conuulsit leges, & dominandi cupiditas Rempublicam distraxit. sic Iulius Cęsar perditis ęre alieno, egentibusq; in amicitiam receptis, imperium occupauit: nihil intactum, nihil inausũ omittente luxuriosa, & indiga nobilitate.

Recrudescit pestis ista, & latissimè afflat, quia, vt plurimùm ex eo celo demittitur, vnde salubrioris auræ spiritus attēdi deberet. Principes in quorum perniciem lues grassatur, prima mali germina, vt adolescant apud se, student, cuius citissima contagione populi siderantur, qui bonis supremi sui moribus ægrè tanguntur, prauitates verò toto haurientes ingenio, in regij vitij ęmulatione putant inuenisse virtutem, & gloriantur malo, ideò ostentantes, quia cum principale sit, videtur inuidiam trãscendisse, vel turpitudinem non referre, cum in aula degat splēdidissimè. aulę quippè splēdores, quamuis sæpè mētitò luceant, & fœdissimè illuminent, mirè tamen

capiunt. tanti est regium esse, vt solũ nomen labes censeatur implere, nec solùm peccant Principes pessimo exẽplo, quasi fulminis ictu subditos attonantes, qui corruscatione stupentes, altissimum vulnus non sentiunt, nec sanguinis effluuium, antequam extrema tabe violentur, intelligunt. Sed quod grauissimum est, largitionibus, & beneficiorum cumulis aliquos genio suo factos, gratiamq; promeritos, ità inconsultè munificant, vt ciuilem ordinum temperiem corrumpant, cui videbatur fortuna prudentissime indulsisse.

Fortunæ acta, qui æquissime expenderunt, iniustissimam vocarunt, à quo titulo ipsa non abhorret, cum huic potissimùm assideat, vt adsit immeritis, dignos, honestosq; destituat: attamen, qui in membra priùs, dein in ciuitatum corpus non lippientes oculos ducet, compaginem offendet ex iniustitijs illis ad summam pulchritudinem, & æquitatem coalitam, ità vt videatur rerum series hanc fortunæ rusticitatem appetijsse, quæ iniustior esset, si æquè ab omnibus exora-

retur. Huius preces frigidè audit, hunc insectatur, aliũ incogitantem euehit, & mundum cõsultissimè regit. vt plurimùm fauores suos contribuit, etiam ijs, quibus studiosior est, inter quædam spatia coercitos, qui non deformãt ciuitates, sed supremos, infimosq; ordines miro artificio connectunt. ratissimè diuitias subitò congregat, hac potissimùm ratione, ne breui profligentur, cum serò contigerint Principes siquidem aliquando iniustiores fortuna visi sunt, cum eorũ gratia inconsideratè effusa publica bona in paucos temerè coniecit, fortunam ipsam in hoc affligentes, vt iniustissimum nomen illi conciliarent, quod ipsis debebatur, qui fortuitam quidẽ, sed elegantissimam graduum dispositionem immaturis, & iniquè partitis disturbarunt prodigentijs. Obscuros vides illicò micantes, pauperes continuò opulentos, opulẽtias inęquales, diuitias impares, à quibus dum locupletissimus gradus pręter cęteros ostẽtare se cupit, luxuries orditur ab æmulatione in populum elapsa.

Æstus suos alicubi vix promunt

maria, alicubi affluunt, & nusquam exorbitant. tuberis illius inæqualitas nemini grauis, molem regit; gratiæ quippè, & pondera, si non ad equilibrium, tamen ad patientiam rerum, vt tantæ machinæ moderatio ferebat partita sunt. Si enim fauor cœlestis, & exhalationum phalanges vni maris parti incumberent, dum cæteræ marcescerent, ista immoderatissimè elata terram occupando peruerteret. Grandia multa facit natura, sed talia, quæ ipsam stabiliant non obruant. ex opposito vidētur Principes nihil magnū moliri, quod vitium non faciat, quos ne lateat, quantum negotium agant, audiant quæso, quid sim dicturus. magna astruam; & vera loquar: *Monarchias* omnes oblisit luxuria; qui omnium primi in alios exexercuerūt imperia, primum præbeāt documenta.

Sardanapalum, cui igniculos in virtutem scintillantes luxus extinxerat, in hoc prudentia non omninò deseruit, quod vitia sua in gynęceo illatebraret, ne pessimum exemplum plures moueret. Potuit etiam verecū-

dê à subditorum abstinere conspectu ne se postremum subditum proderet. Sed quàm imprudenter informat consilia Rex, qui acta sua tenebrarum mandat protectioni? ideò magis conspicua, quia in serenissimo illo cœlo nubeculæ, si quæ apparent, curiosiùs illustrantur. enituit cum tota sua mollitie Sardanapallus à subdito contẽptus, & euersus.

Perijt in conclaui Assyriorum Monarchia, inter epulas medorum corruit sub Astiage. habuit mixtam crudelitatem conuiuium; decuerat tamẽ hanc in obsonijs parari, ne non omnis Imperij euersio in luxus potestate esset, qui & Persicam huius hęredem consumpsit.

Arcto supercilio suspexerunt omnes Macedonis attentatum in Persidem, maior ne fuerit audacia, an fęlicior fortuna ambigentes: ego nihilo secius quam ingenium speculor. imò licet cætera respondeant ipsum omnibus anteuenisse reor. luxuria circũuentos aggredi, est potius insidiari, quàm bellare, victos opprimere, quã pro victoria certare, sine discrimine trium-

triumphos nobilitare. victoriam bello præmisit Alexander, cum Darium oppugnandum suscepit, qui in castris suis, luxum, non martem instituebat. ipse verò inter dubios belli exitus sobrius, pudicus, modestus, ideò victor; inter victorias, Deorum filius, fastu comessationibus, & mulierositate debellatus vitam; & Graicum finiuit imperium, illorum inuidia, qui hominem coluerant, & Deum oderant.

Decumanus fluctus affluentissima erát Asia, nullas finiens tempestates, verum naues illuc appellentes immaniter vorans. nationes omnes beatissimæ illius regionis alliciebant diuitiæ, quæ illic in rigidos luxuriæ scopulos allisę, miserè naufragabantur. Romani qui armorum iure Alexandri hæreditatem adierunt, irrisere Antiochi Syriæ Regis socordiam, qui luxurioso apparatu in arenam descendens, sine pugna cessit. imprudenter tamen ex Syriaca victoria fatalem sibi compararunt luxum; qui Rempublicam totius orbis dominatricem, sine hoste hostiliter direptum iret. vt res lucidior euadat, in Catilinæ, Marij, Scyl-

læ, Lepidi, & Cæsaris coniurationibus tantisper immoremur.

Parens luxus peperit prodigalitatẽ, ista inconsultè semetipsam dissoluẽs. in paupertatẽ impegit, cui⁹ turpẽ aspectũ summè reformidãs, vt se ab hac expediret, ad auaritiã cõfugit, non ad cã quę parta retinet, sed quę aliena voracissimo sorbet hiatu. Quippè cũ intromissis immodestus pateat exitus, crescit fames helluationib⁹; per hoc vitę genus summates pauperie, & alieno ære pressi, vt vim iudiciorũ declinarẽt, & latiùs popularẽtur, celsas Reip. dignitates immani ambitu ereptũ properabãt, factiones cõstituebant, scelestorum lacertos officijs, & præmijs obligabant. amicitias ex adulterijs, stupris, & flagitijs auspicabãtur: ęquè impudicas fœminas luxu corruptas, ac facinorosos homines sibi legentes; in istis enim brachia, in illis artem spectabant. cum nihil magis pestiferum sit in Republica luxu mulierum, vt potè quæ pecuniæ defectum reparare laborent apud maritos, amicos, exteros, & hostes. ruat domus, abeat patria, vertatẽ Reipublicæ regimen. nã ipsas

ipsas ad omne dirum, & impium nefas hortatur luxus: qui postquam eò discurrit, vt pudorem profanet, eas impellit, vt vnis pudicitiam certo pretio nundinentur, alijs, vt arcanum eruant, multis, vt in partes trahant; nihil non honestum reputantes, quod ad pomposas ducit vestes: nec debile præsidium quietis turbatores in versabili, & luxurioso sexu collocarunt.

Tot clades inferebat luxus, qui & vltimam, ac grauiorem contexuit, nempè interpellatam generationem. Viri enim cum non mulieri, sed seruituti, & inopiæ nuberent, matrimonium tot ærumnis implexum execrabantur; filiorumq; numerum, qui antè luxus accessum, plenior felicitati dabatur, tunc onerosum, & grauem, vel robusti humeri exhorrescebant. Sic veras delicias in vanos fucos sepelimus, & naturæ morimur, dum vltra documēta naturæ viuere intendimus. Indicas res carius ipsa sobole licitamur: artes nostræ nobis præcipiunt merias: inopem vitam ducimus quā indiuitiarum potestate esse voluimus. Augustus, qui primus ciuiles tempe-

ſtates compoſuit, veritus, ne domi-nij vaſtitatem cuſtodum penuria cor-riperet, in cęlibes ſeueris legibus ani-maduertit, eximièq; laudauit Quin-tum Metellū, qui diſerta oratione ciues ad matrimonium inflammare contenderat, ſcitis tamen, & exhorta-tionibus irritè cadentibus. antehabe-batur peculiare commodum commu-ni vtilitati, & validior erat pauperta-tis metus edicto Principis: aſperiorq; coniugij æſtimabatur conditio, quàm rethorica ſuauitate leniri poſſet.

Æquè antiquarum rerum inſimula-bor famelicus, ſi faſtuoſis Ægypti menſis accumbens, gemmeas epulas libabo, cum quibus Cleopatra regiū nomen degulauit, aut græcanicas ad-ducam mollities, quæ in durum tra-xere iugum Byzantium: nam recen-tia tempora vetuſtam refricant luxu-riam. inſanus graſſatur in ciuitates fa-ſtus, qui murorum miſereſcens nudi-tatis incruſtat marmore, imbracteat auro, veſtit ſerico, leuia, vel grauia accommodans indumenta tempeſta-tibus, quæ frigoris, & caloris ex parie-tibus arceant iniurias, quas velania

ſuper-

ſuperbiſſimè fingit. Flammei Phaetõtis currus, quos quondam per cœlos poetarum vexerunt figmenta, nunc per ciuitates manifeſto ſtultitiæ rotantur argumento, in hoc diuerſi, quod illi meridionalem plagam cremãtes, rubedinem inuſſerint, iſti opima vrẽtes patrimonia, atram vbique paupertatis caliginem inuehant. in deformi amictus vaſtitate affectant grauitatem mulieres, quæ corporis amplificantes ſtructuram, domeſticas opes coercent, voluntarioq; implicitæ carcere maritorum fortunas impediunt: lapidum, domui graues, grauantur ponderibus, qui aures diuellunt, nec admonent, pectus premunt, & appetitus non obruunt, diuitias oſtentare nituntur, & peruuanus ſplẽdor, quam velare ſtudent, plerunque paupertati prælucet. veſtes non diſſolutio nitoris, ſed mos breuibus horis conſeneſcens antiquiſſimas facit. in ipſo ortu iàm perierunt, & vix ad lucem euolutæ in ſuo flore non temeratæ violãtur. propudioſum eſt, poſtridiè explicare, quas pridiè videras, maculatæ cenſentur, cum plures oculos ſuſtinuerunt.

infana

insana voluptas pulcherrima damnat, & maximi sumptus, vel feda nobilitant, quod summè placeant. satis est pauxillum duratura carò emisse; ineptas hominum culturas vltrò omitto, & gulæ irritamenta, quę indicos vapores fumantia barbarã temperiem stomachis inserunt, sua, & aliena obligurientibus, & tamen res Principum est, excessus, & defectus, custodita moderatione, corrigere, in quorum detrimentum peregrini tandem mores relabuntur; in vasto Italiarum ciuitatum gurgite, quam rari nantes apparent? quantis; vestès, currus, & gemmæ auertunt vxores? eò recidimus, vt mors, non tot à luce abducat, quot luxus luci subtrahit. viuit mare, quia tumet, & humanum genus viuere desinit, eo quod nesciat detumescere.

Mare curatricem lunam nactum est, quæ gressus suos ad subditi vtilitatem metitur, & quantùm erudit ad ascensum, tantùm instruit ad occasũ. Præcipit tumescere, mox remissionẽ imperat. quietem prohibet; sed vult motus incrementis, & decrementis

exæqua-

exæquari. Progreditur ipsa, sed post quam ab Horizonte se extulit, in Horizontem declinat. Hac moderatione insanientes fluctus ad sanitatē deducit. Ad obtruncandam hanc luē, quæ depopulatur prouincias, remotissimis non sunt indaganda locis antidota, in aula Regum sospitalis elaboratur theriaca, quę veneni vires circūcidit; non sanciendæ leges, non irroganda decreta, non ennncianda scita, non capite, non bonis delinquentes mulctandi. Exempla Principum ad rectum subditos adigunt. Sunt illa populariuin morū prothetypon. sunt Polycleti statuæ, quæ sine verborum complexu, sine interminatione pænarum, sine auctoritatis dispendio, obseruatam perscribunt normam, & excultam viuendi formam objiciunt.

Vespasianus egregio principalium morum temperamento, Romanæ ciuitati ità moderatus est, vt excessus consumeret. In sui castigatione vniuersas comprehendit. indignum putauit ea in alijs corrigere, quorum ipse redargui posset. Sibi vni legem indixit, vt sanctio neminem falleret. Antiquo

tiquo ipse victu, cultuq; libidines, & luxum antiquauit, inanes pompas, & fastum sustulit, qui statuerat vera virtute animum sepere, non corpus pigmentis polluere. Allium odorare in ministro exoptauit, vt liliatas administrationes perciperet: balsama fragrantem exclusit, ne corruptam, & fœtentem procurationem sentiret. Lenocinia corporis expertissimo videbantur Principi, ad mentis labes fucādas, vsurpari.

Familiariter induebatur Carolus V. & imperatoriè incedebat, parabili epulabatur obsonio, & regijs mensis discumbebat: potentem, & clarum aula habuit moderata: victorijs tumidum miratus est orbis sine tumore: fastum ex his comparabat, quæ tempus non delimat: ea auersabatur, quæ vix adhibita sapiunt vetustatem. Caroli venatus decoquebat centum nūmos totidem prouinciarū monarchę. Et hodie tanti falco, aut canis emitur, quorum grex capiendas superat feras; venationisq; apparatus adeò copiosus est, vt vix tot ordines militia distinxer. ithuius mensas non cupedia, nec

atta-

attalicę corpus attingebant, cui sub hoc temporis auri, gemmarumq; vsus euiluit. Si dum fibulabat se, ruptio ligulæ accidisset, proprijs digitis implicatam ad vsum reponebat. Quis inuenitur, non dicam ex Principibus, sed neq; ex nobilibus, qui tandiù idem vestiant indumentum, donec astrigmenta longa attritione rumpantur? quinimò apparentibus rugulis, quas non minus verecundè intuentur, quã frontis senescentis, confectam vestem abijciunt. Clarissimus Imperator illo nodulo illaqueauit cupiditates: luxuriosos strinxit insultus. Animum copulauit virtutibus, suiq; obsequio deuinxit imperia.

Si Principes Vespasiani, & Caroli imagines sibi proponent, hoc immane luxuriæ monstrum de mundo propulsabunt: promouebunt matrimonia, quæ copiosam tribuent subditorum messem: dominium, & vectigalia intendent, quorum vtrumq; in dies tabescit. è directo hoc telum vos appetit dominantes, si aciem retundere non adnitimini, læthalius infliget vulnus, quod toties refricare non piget.

scio

ſcio has voces per auras vaneſcere, tamen argui non poſſum, cum ipſa veritas loquatur. Populorum opes abſtrahit luxus, pauperiem inducit, mortalitatem ſucceſſione fraudat, gazas regias depeculatur, tributa exedit, principatus vigorem reſcindit. aduerſus tantum hoſtem victoria in manu eſt: ſufficit non fouere. Arma inimico porrigere ſecum ad ſui perditionem conſpirare, non ne vecordiæ impulſus eſt?

Malignæ febres, vt omnem curationem anteuertant, nulla doloris molestia ſe penetrant. peſſimus morbus luxus eſt, ſuos ſectatores blandè ſtupefaciens, ne iacturarum ſuarũ morſibus expergiſcantur. Imò iſtius prima facies omnes ob ſui nitorem ſequi iubet, & vrbes ad nouum ſplendorem renatæ videntur, quæ ſub florenti ſpecie tabeſcunt, & viuido curſu feſtinant ad interitum. Oculatiſſimis tamẽ medicis hæc ſubdola non impoſuit ęgritudo.

Henricus IV. magnus Gallicæ Reipublicæ archiater, qui ingenij vires, p longam vtriuſq; fortunę verſationem,

praxi

praxi muniuerat, profligato ciuili bello, rebus in quietem spectantibus, nobiles, qui operam suam ad debellandas seditiones impigrè nauauerant, ad se arcescens, solutis stipendijs, sic alloquitur. Meliora vobis paro, quæ pacatiora tempora suggerent, nam præsentia in regno bellis exeso mihi potestatem non faciunt vberioribus donis vos prosequendi. Intereà salubri consilio res vestras iuuare statui: improbos aulæ sumptus fugite, absistite impensis, quas ciuitatis exigit magnificentia, lares suos quisq; repetat; bellici fastus obliuiscimini, frugalitatē consulite, quæ in secceſſu ingrata esse non potest. Seruorum numerum amputate, in domestico cultu, & veteri familiæ ornamento hilariter degite. Macte prudentia rex; non subditos tributis vexauit, vt clientū suorum operam rependeret, hos largiter muneratus est, illos non afflixit: regnum verò pristinæ fidei, & flori stitit. Amicos suos indonatos non dimisit, & dimissos quotidie donabat, cum sumptibus subtraheret. multū dedit in pauco, cum eos ad profligandum datum
non

non cogeret. vera igitur hæc largitio fuit, quæ liberum munus obtulit.

E contra multi Principes auariſſima prodigalitate munerantur; quod largiuntur auarè repoſcentes. Dona grandia ingerunt, ſed graui vectigali preſſa. Tale pondus ſuis muneribus adijciunt, vt ratione habita datum fœnerentur. Laborum merces illa non eſt, quæ benemeritos grauat: ſeruitutẽ non leuant ea dona, quæ ſtrictius mãcipant. multa accipit aulicus, quæ cum vſura eructat: luxurioſa enim aula oneroſis fauoribus obruit, & impẽdioſis dignitatibus diſcruciat. Inter multas iacturas has duas ſubit mortiferas: populos tributis ſibi inconciliat: paucorum verò amicitiã vix cohærentem, prolixo emit diſpendio. natura Gallorũ dilapidationibus obnoxia ſategit Henricus, vt luxum deſdiſceret, quem monarchiæ ſciebat infeſtum.

Qui elapſis annis Pariſios luſtrauerant, cumulatiſſimam luxuriam renũtiabant, quæ videbatur mihi inſignẽ quandam mutationem portendere. Principes ad miniſterium adhibiti, victu,


victu, vestitu, & cæteris affluentijs, regij cultus æmuli dominationem suspirabant, dignationibus modici sub insumptuum pondere gementes, in conuulsionibus meliorem sibi eligebant fortunam. diuites opulentia, pauperes inuidia ad disturbanda composita stimulabat: & tantùm non occubuit regnum! indoles profusa à luxu arcenda est, nam post erogationes ad corrogandam pecuniam sus deq; nihil non euoluit. Perdiscant reges subditorum luxuriem in se corripere, & feliciter sine infelici luxus comitatu viuant.

§§§
§
§§§

SICVT

SICUT SANGUIS, naturali motus ab inferioribus corporis partibus ad superiores fertur, ità aquas ex abyssis, suo impetu, ascendere in montes, vbi sità sunt fluminum capita.

Caput VII.



Astum pelagi equor emẽsi, tantum dubiæ velificationis iter confecimus, vt breuia, & euripos egressi, naufragij pericula euasisse videamur; ni insigniora discrimina impenderent à fluminibus, quorum vectionem non supparum, non vela, non dispositum remigium, nec prosperi ventorum flatus moderantur. Nam torrentibus obsequi cogimur, per deuexa, & plana prærapida celeritate distracti inter terræ brachia fugimus improtecti, tutas crepidines salutis spectamus ancipites,

pites, eò magis à securitate diuulsi, quò viciniorem prospicimus. Cælum ne, terram, aut aquam exorabimus, omnibus inexoratis? aquis obruimur, tellus stat, non influunt sydera. In tanta destitutione causarum, ex loci situ boni aliquid forsan expiscari licebit. Hic enim tumultuosum aquarū incessum terrarum excusat decliuitate, quæ pōderosa ad lapsum solicitat, nullamq; moram indulget lubrico. fluxa quippe grauitas, in præcipitijs leuissima, vires casu instaurat, superbit in depressis, insolentiam, & furorem in submissis, & humilibus auget, instrabili sese comprimens dorso, quietis nesciam faciem exscribit. Quę tamen in tanta mobilitate examen sustinens, rationi se sistit, mensq; graue ponderans, fluidum insequens, inclinata despiciens, sup velocissimi motus causas inquirit.

Hucusq; sensuum ductu vagabimur, si non tuti, nec desperantes. Sed non ne certam iacturam sperabimus, si in altis terræ sepulchris condita mens, latentium aquarum haurire secreta, vel potius, ipsius densæ noctis lumen intendat speculari? hæc, vel delirus, intel-

intelliget dementare eum, qui mentē nititur ducere, quò sensus reformidāt. videt oculus in visis hęsitans: audiūt aures, & in perceptis ambigunt: olfaciunt nares olidorum incertę: gustat palatum amara pro dulcibus: tangit tactus in læuibus aspera: nutant persæpè sensus, & imaginibus delusa mēs errores in cautè sectatur, & turpiter desipimus in ijs, quæ ante nos stant, seseq; visui, tactuiq; obtrudunt. Quin imò eorum, quæ facimus, ignaros facinora nos nostra prætereunt: generat hominem, vel stolidissimus, & seminis potestas, vel sapientissimis absconditur: grauat matrem nouē mēsium gestatio, alimentum nescia præbet, acutissimi ad partum dolores imprudentem stimulant; chylum coquimus, sanguine nutrimur, adolescimus: ista omnia, quæ intra nos sunt, nosq; molestant, aut delectant, vel omninò ignoramus, vel ad miraculum cōtemplamur, aut vacillat cognitio, nostratum rerū ignari, indagamus alienas, & in luce lippientes, lynceos in tenebris euasuros, nobis stultè suademus.

Insequere, oppugna, fortius vrge; & humanis cogitationibus indicere metam; extremum habeas fatuitatis, quæ cœlos rescindere, diuinamq; vel mortales, tentant explorare regiam, vel caducæ capere æternitatem. Nec putes recens vitium, vel nuperam virtutem hominum esse, in aquarum tumulis humare desideria; nam feruentem antiquorum sitim, exultantes è saxis aquæ, non extinxerunt, nisi ex ipsa sorberentur scaturigine, in qua & si limpidiores,& elemento propiores, nidulantur, ad nostram tamen cognitionem, cæno, lutoq; oblitæ peruenientes potiùs maculant, quam detergant, & afficiunt rubigine, quàm illustrent.

Nam illud in primis humanum deterit ingenium, altissima iuga vibrare aquas, & saxa fluminum parentes reputari. an in ipsa altitudine inseruerit natura matrices, quæ humidos fœtus excipiant, mox excludāt? an ex abyssis elementum irrepat, & quasi occulto belli stratagemate,per abrupta planitiem impetat, oppugnetq; priùs altissima, ne reluctentur humilia?

Perspicacissimus Aristotelis genius latebras, nubium ductu, lustrare cōtendit, & inter densos vapores fluminum inspicere exordia, quos non tantùm ex aere in pluuias decidere voluit, sed ipsos terræ specus lato imbre respergere commentus est. vacui inquit, impatiens natura cauos recessus aere curat impleri, perpetuum ibi frigus diuersiorem cogit: quare spatiū semper vacat succedenti, quem continuò rigida vmbra iubet pigrescere. Sic inter numquam vergentem frigiditatem loci, & indefessum spirituū appulsum, sobolescunt nubes, perennant pluuiæ, fontes, & flumina æternantur: quod si ità est, cur supplex terra precariam aquam præstolatur è cælis? cur eleuamus ad sydera manus, aquas impetraturi? non ne insanum est, optare, quod largè possidemus, & riuos fluentes, & turgidum flumen, & copiosum fontem exposcere, si aquam fabricamus? non ne satiùs est, effodere terram, laxare specus, aperire caueas, ruderibus expiare promptuaria, vt in amplioribus conceptibus grandescentes nubes vberiori humore pluāt;

quæ

quæ si exequeris, & recentes consurgent aquarum venæ, & antiquæ defluent opulētiores. Vide, quanta tibi suggerat ratio, quæ non comprobat experientia. Hæc nos cogit ægestates nostras testari, illa in ipsa paupertate thesauris affluere, & elementis dominari repræsentat. Testimonium dicāt cunicularij, qui nunquam has stillantes cellulas offenderunt; etsi ex proximo elucere non potest veritas, remotiores petamus Indos, & fossores argentariarum in Peruuana, qui terræ viscera discerpserunt, luciq; renunciarunt, antequam perderent, quadringentis, aut quingentis grādibus excauatas profunditates superantes, in cauernas quidem multas, in nullas verò nubes inciderunt.

In subterraneis stagnare paludes, & dilabi flumina, quæ nunquam ad auras emerserunt, vetus est; & exemplis recens; generari aquas, aut nullas, aut exiguas vsu comparatum est. Austri, ait Hippocrates, capita implent: madidus ventus, humori proximus, adhæret promptè, & infarcit: è contra siccus Aquilo nequit ī nubem colligi:

ergò flante Austro, antra enubilabuntur, & copiosiùs stillabunt, & sub illud tempus vberabunt flumina, quæ è contra, spirante Borea, arescent, imparata ad aquas materia; sed detrectat experimentum. Hyems occludit terras, & vaporum trāsitum inhibet; ergò per illam anni tempestatem, aer, vel nullus, vel parcior terram subibit, & incalescētes caui, vel saltem remissiùs frigentes, segniùs stringent, & sic aquæ modicæ prouenient; contrariū verò experiemur æstate; quę omnia, quantum laborent à veritate, vel ipsa tellure quis pinguior capiet, & bruma rigidior sentiet.

Stillatoriorum exemplo, fontium originem per oculos in mentem instillarunt alij: reconditos videlicet ignes succutere aquas, fumosq; ad montiū opercula impingentes frigore compræhensos, veterem formam resumere, & per datos abitus elabi. non inficior aliquado thermales aquas suos ortus huic referre molimini, non tamen omnibus assentiri possum, nec intimarum paludum, aut humatorum fluminum repertores, ea calentia attigisse

gisse memorarunt; nec in omnibus terris tantus ignis exuberat, vt aquas ad ebullitionem cogere possit. imò, quò profundiores putei, eò impensiùs frigent, & per hyemem compulsus in viscera calor; fluuiorum causam intenderet, quos tamen patet humiliores fluere, ni imbribus, aut niuibus tollantur. recognosce montiũ aquas, & ęquè frigidas degustabis, quæ in iugum emicant, quàm, quæ è radicibus facessunt, cum istę ab igne minùs remotæ calidiores fluere deberent.

Si mundi penetralia possemus eruere, arcanosq; thesauros, secto velo, ad lucem euocare, quæstionibus locus non esset, aspectus ipse lites dirimeret, & hominum animus tam luculento quiesceret testimonio. An solam noctem litigiosam putas? & disceptationibus vacare diem? lux ipsa contentiosissima est; nobis tenebrosior, quò lucidior, minusq; cognita, quo magis se met ipsam ingerit, & pręsentat reliqua. frustra dolemus multa nos fugere, cum comitantia tàm è longinquo respiciamus, & in dies ęquè à sequentibus, quàm declinanti-

bus recedamus. contemplare mecum venas, quæ figunt in iecore radices, erigunt troncum, & per totam corporis molem in ramos diuaricantur. Hospitantur istæ sanguinem, qui per fistulorum cauum meat, remeatque hunc circulari nonnullis placuit, non ineptè capientibus, quàm malè per quietem agatur cum natura, nisi iugi circumactu, nequiret putredinem declinare sanguis, excutiens à se vaporum illuuiem, & disgregans peregrinum ignem, ne longa contagione domesticum iugulet. profectus è iecore, non pondere, aut grauitate labitur, sed insito motu, pariq; accessu in infima fertur, & suprema, non citiùs ad pedes tendit, ac caput petat; neq; in crus declinat, vel iugulum scandit, pariter humilia, & eleuata conscendit, æquè stante homine, & iacente diffunditur. per occasionem à pedibus in caput irruens, & à vertice capitis ad pedes transiens, non descendit, sed graditur. Nam crassus humor plurimos alit spiritus, quibus, tamquam alis, suffultus euolat, se seq; transfert, quò vocat vsus, nec onere tardatur,
sed

ſed per datam viam ſtatim meat; ſic ſecta vena exilit. eodem planè modo aqua in terrarum ſublimia conuolat, & ſine alis indefeſſas explicat alas, quas pandemus, poſtquam è voraginibus pennas aliquas eduxerimus.

Qui diceret, aquam coactum ventum, & denſum aerem eſſe ab experientiæ documentis non abluderet; ſpirant quippè flumina, flatibuſq; littora, & vicinas terras perfundunt, & nuſquam ſtagnant, vel diffluunt, qui n ambiens aer algeat; nam vapores, cũ primum vincentis humoris abrumpunt laqueos, ſua leuitate tolluntur, iſti ex uero ad aſcẽſũ ſolicitant aquas, non motum tamen illis, ſed celeritatem impertiunt, motui neruos addunt, & vt motori citiùs obtemperent, efficiunt. motorem, inquies, exhibe: ſi primum quæris, Deum ſuſpice, ſi ſequentem, pelagi quaſſus ad mentem reuoca, tertium loci diſpoſitio complectitur, & ab ipſa aqua non diſcedit.

Diximus mare aquam non eſſe, ſacras tamen paginas reueremur, quibus fidem libentiſſimè aſtringimus. Con-

gregationem aquarum maria esse, ità interpretamur, vt mare non elementum sit, sed in maris cauedijs aquæ colligantur, quæ marinum humorem ad benigniorem temperiem disponāt, crassitiem, & feruorē castigent, graueolentiamq; obliniāt, deinde ad terras, quasi postliminio reuertantur; idemq; curent, quod serum in humano corpore: hoc enim, postquā comes hæsit sanguini, per omnes angustias distributum deserit, in vrinas sudorem, & insensibilem halitum desiliens. sed, vt ad lineam scopo collimemus, paulisper recedamus.

Ineptissimam aquam valentissimū elementorū duxerūt plurimi, cūctaq; ex hac surrexisse opinati sunt. ad tantum dignitatis fastigium copia, & fluxibilitas euexerant. nam cum in omni naturæ cultu, aqua potissimùm eniteat, in hanc vniuersam rerum fabricam contulerunt. talis enim est, vt nutritioni inepta nutritionem præstet, solida efficiat, cum emolliat, siccum humectando construat, coloret viridia, & dealbet, fissilia componat, & fissiones eludat, diuersissimas rerum

edat

edat imagines, cum dubium sit, an aliquam repræsentet. Ad summum omnia nos aquæ debere videmur, nã ignis sine aqua res corrumperet, arescens iaceret terra, ità apta ad fabricanda omnia, vt nihil strueret. aqua ignis efferuescentiam mitigat, puluerulentam terram in massam vnit, in omnia figurat, & per densa corpora trahit. telluris auidæ insinuant se se in solum radices, & intra alimenti copiam fame marcesserent, ni aqua crassum incideret, & pigrum ad arborum cacumina veheret, ac per omnes ramos distribueret.

Tantę frugis erat, humore terram identidem saturari, identidem esurire, nonnunquam pessundari, & colli-di, nonnunquam emungi, & hiscere, aliquando in maris speciem, stagnãte liquore, suffundi, aliquando puluere tegi, & humido vacuam hiatibus impleri. Per diuersa plurimum alimẽti sorbent plantæ, & plurimum decoquunt. Ludunt primò in floribus promentes futile, dein fructus operantur seriò non vna structuræ facie, erumpunt, crescunt, mox in maturitatem

vergunt; sæpè in ortu deficiunt, fallũt incrementa, ad maturitatem properantes putrefcunt. E contra copiofa propagantur origine, nobili auctu luxuriant, & abfoluuntur, quæ omnia in maiorem, vel minorem aquæ recidunt vbertatem.

Contraria eft hominibus terra, qui parcius bibentes, liberalius inftituunt opera fua; nam ipfa, cum hauftu fe fuperat fplendidiùs germinat, in hoc tamen felicitas fita eft, vt multũ combibat, & multum egerat, nam indiffolubilis humiditas corrumpit, & permanens ficcitas non producit. Ità ficco humiditate perfufo, & humido ad ficcitatem vergente emergunt fruges, adolefcunt, & confumãtur. Huic igitur neceffitati, vt anteiret Deus, aerem, & aquam promifcuã fecerat, impofuitq; aeri, vt ex occafione aquę faciem indueret, & aquæ, vt imaginem poneret, & fine afpectu vagaretur. Plantę enim, & omnia viuentia quãdo alimentum concoquunt folidum, terræ fibi aglutinant, fluidum verò aquę in halitus diffipãt, qui rurfus adducuntur in pluuiam, & quam dereli-

quierunt, repetentes tellurem, vetus obeunt officium. Ità humiditas per caloris vim naturę facinora ministrātis, continuò absumitur, & siccitatis incommoda, per interualla, humidi interuentu, reparantur.

Pluuiæ tamen integrare cuncta nō poterant, nam nec tàm altè descendunt, vt illatebratos ignes compescāt, & mundi obuient vastationi. Nec tā frequentes procellæ exciri poterant, quibus omnis imbiberetur ariditas; suus enim permittendus erat Aquiloni locus, qui siccis flatibus nubes excutit, & ratio habenda æstiuo soli halitus voranti, ac vaporosos cætus inhibenti. nec hominum, & animalium valetudo tam crebras aeris turbulentias sustinere poterat: ipsa etiam reclamabat tellus, quam sæpè pluuiæ, & si alicubi prosint, alibi premūt. hinc emersit necessitas, flumina, fonteśq; & perennes aquas instituendi, quæ animātium inprimis expugnarent sitim, dum soli desiderium non ingratijs, sed ad hominum arbitrium expungerent.

Supercilium continere nequeo, dum placita Philosophorum pensito, di

sceptantium, an ignis ab initio post ordinatum vniuersum terras obtineret, vel dominarentur vndiq; aquæ, quibus sensim in maris spatia dilapsis, cataclismo purgatam tellurem, tùm primùm lutuosam, accessu lubricam, aspectu fædam, ad lucem emersisse. nonne hoc est diuinæ prouidentiæ cõuitium facere? si confusionem illi ingeras, & elementa sedibus suis non distinxisse astruas, vel ità miscuisse, vt elegantem mundi formam turbarent. dum effræni igni orbem mancipasset, vel insanis vndis rerum permisisset gubernacula. Et quàm iniustè cum terra actum erat, si nullis præuijs hominũ sceleribus, diluuio mulctabatur. Condidit itaq; terram Deus, quam, & à mari discriminauit, in quod humidũ fluxit, & sua assignauit fluminibus capita, è quibus reuersura discederent, ijsq; suum iter distinxerat, quà scilicet graderentur, quà deflecterent, qua resurgerent, quam telluris partem adire singulis permitteretur, mox per quod ostium se in maria exonerarent, quorum æquor emensa in suam venam regrederentur.

Planum

Planum igitur est, mare eumdem semper humoris cumulum complexũ esse, & flumina terræ coorta, ità illi infundi, vt pristinam, quantum fieri potest, custodiant temperiem, & impetum, qui, si tandem exoluatur, ità cõmiscentur, vt haud magno negotio seiungantur, confusionem potius, quã mixtionem diceres. Nam, vel per lõgum contuberniũ crassius humor ęgrè tenuem admittit, qui si tandem peregrinum excipiat, data occasione, à se excutit, in fundum cogit, & terris impingit. cerei vasis experimento seposito, salinas adeamus, quarum foueas intrat priùs mare, dein pluuiæ, quæ iungi recusant, nisi per plures dies cõcussæ, & verberatæ ad penetrationem ictibus cogantur. Nimis inter se diffident, quàm, vt integrè se complecti, associariuè possint. Debuerant tamen flumina in maria immigrare, vt sibi inuicem mutuas præstarent operas; temperaretur videlicet mare, & aquæ maris appulsu in obscuros canales diuerberatæ terris restituerentur.

Hæc igitur omnia in fluuiorum circulationem consentiunt, diuina scilicet

ret impressio, qua Deus iussit creaturas omnes per sphęricum mũdum circumuolui, deinde vapores, & spiritus qui fluido inhærent elemẽto, ipsumq; compellunt, & incitant. Sed præcipua causa mari adscribitur, quod dulces aquas à se eijciens, in terras exprimit, & sua craßitie, ac pondere vrget, atq; præcipites in montium agit fastigia.

Adde angustias viarum vires iungere, & impeditos, ac carceratos spiritus, vt se soluant, animosiùs instare: accedunt etiam tubi, & canales montium flatibus insessi, qui surgentẽ aquã impellunt, violentoq; gestant conatu. Non secus, ac genita in pulmonibus pituita, cũ primùm ad bronchia, & asperam arteriam confertur, aer qui illa spatia insedit, appellentem humorem non repellit, sed sursum tollit, & extußit. Vis aquarum non promanat è saxis, sed erumpit, sed emicat, priusq; videtur in cælum tendere, quã ad terras delabi. Nec minori conscẽdit impetu, quam cadat, nam motus iste non excluditur à natura, sed genuinus est. Naturale enim præceptum

erat aquas circum agi.

Quot mentes suspenderunt montiũ apices? imò quot in saxa elisæ, & in ipsis emergentibus aquis demersę sunt? videbatur enim arduum emunctos scopulos humidum effutire, attamen in rupibus illis Altissimi consilium eminet, qui fluuijs originem dedit excelsam, vt quamuis decumberent, sui ortus memores denuò in sublime niterẽtur. Insuper hoc circulo sphęrica mũdi seruatur proportio, nam inæqualis terra, aquis è sublimi descendentibus, secundum omnes partes ablui commodiùs poterat.

Si quæras, an mare per creationem aquas adeptum sit, nulli dubium est, saltem tertiam maris partem aquis constare, quarum copia, non minuitur, nam quantum ad terras demãdatur, fluuiorum occursus supplet. Si enim terra mari non redderet acceptum, neq; prodigeret mare, quod sibi ingeneratum est, sed vtile, & proportionatum retineret. Ità disposita inferiora sunt, vt à prima conformatione non desciscãt, & quam absolutionem nacta sunt, ex toto tueantur.

POSSE HOMINES æternare se, non secus, ac flumina, dummodo, sicut ista ad montes, ità illi in excelsam virtutis viam enitantur.

Caput VIII.



Ppropinquantem margini statim effigiem nostram flumina contrahunt, & nobis fidissimè exponũt, in qua tamen vltra figmentum defixos illudens, nihil oculi capiunt. A nobis profecta, recedit nobiscum imago; nec mens aliud circa vanitatem cognoscit, quam in diaphano meare colores. ex aduerso, quã to vtilior est ipsorum fluminum contemplatio? præterlabentem aquam cursui suffecisse per sæcula; nullos dierum lapsus alueum exsiccasse; continuatos raptus nunquam venam exhausisse; prouectiorem ætatem non

vergere; nulla decoloramenta senij introspici; semper viuidam, semper florentem vndam, post tot gemitus lętam, & per tot abrupta fastosam decurrere. Hic motus vitæ nostræ delinearet processum, ni ista consenesceret; viuentes enim properamus: sed flumina in indeficiẽtem vitam se voluunt, nos ad mortem ruimus; prærupta offendimus, quæ licet multoties declinemus, vel procidentes resurgamus, meta tamen, vel nunquam labẽtibus assignata est, quæ prohibet vlterius pergere, irretitq; gressus nostros æterna quiete.

Æternùm morimur, quibus breuissimè viuere contigit; mors, & vita de nobis luserunt, sed mors in iactu felicior, plenissimam partem lucrata est, cui obuenit æternitas, cum vita paucissimos dies obtinuerit. hæc dierum angustia, quæ humanas cogitationes latissimè spatiantes stringit, mortales acutissimè pungit, itaq; vellicat, vt se studeant fato subripere; nam homo immortalitatis compos in hanc nititur, huic collimat, hac socia, si mortem non eluctatur, saltem ab ipsa recusat

cusat integrè sepeliri. Miratur pulchritudinem solis, nitorem lunæ, suauitatem auræ, dulcissimam sentit amicorum societatem, deliciosam experitur terram; gnarus tamen recedendum ab ijs esse, cum retinere nequeat corpus, ità nomen affectat exornare, vt non discedat. Moriar, inquit, sed non peribo, subibunt ossa tumulos, & non tumulabor; licet terrestre pondus terrę reddam, adhuc vagabor per auras, me muto clamores excipiet aer me vocantium, mihi in tenebris iacenti sol; mihi splendebit lux: busta enim celebrium virorum monumēta sunt. Proferunt, quos premunt, vulgant, quos abscōdunt, extinctos claudunt, quos memorant egregiè vixisse.

Omnium fluminum mare sepulchrum, & parens est, quæ ità in ipsum morientia merguntur, vt inde vitam trahant, vbi videntur interijsse. Non intereunt igitur flumina, quia se in parentem sepeliunt, & viuificant fontem suum, in ipsum occūbentia. Sic illis non deficiunt ortus, quos integrant occasus, & perennat principium, cui nectitur finis. Ambis homo non deleri

leri de mundo? in originem tuam te conuerte. Huic obtutus fige, in hanc te retorque, opus tuum illi confer. Corporis facinora cum corpore cadunt; grauia enim ista penitus corruunt, & crassitie sua, mortis falcem incurrunt: animi verò opera cum ipso euolant. Obruere hæc terra nequit, quæ cum *leuissima* sint, mansionem suam festinant ad cælum. Optat hæc in diutissimum æuum retinere mortalitas, ista humanis mentibus inciduntur, ista libenter memoriæ referunt homines. Apud ignaros promulgant, peritis verò, vel notissima gaudent celebrare.

Ergo nemini se immortalem præstandi facultas denegata est: asserere se quisq; potest, fatum suum decipere, nominisq; amplitudine mortis fauces oblidere; cum nostri animi opera nos reddant æternitati coæuos. pauemus ex nostro cadauere nihil preter fetidū expirare? ægrè concoquimus inter mortales hospitatos ex ijs totos abscedere? abnuimus ab orbis conspectu penitus demigrare? ea struamus, quæ affinitatis lege in nascentium animos

immi-

immigrant, qui adeò sponte sua in excelsa feruntur, vt vel abiecti alta suspiciant, vel conspurcati demirētur purissima, & in suis sordibus volutati, aliorum nitores contemplentur. sciamus tamen ad contemplationem omnia facta non stimulare, sed ea tantū, quæ erecta, quæ altissima sunt. Nam, sicut circulantur per orbem flumina, quæ in excelsos montes enixa caput suum fecerunt spectabile, ità nos hominum apices speculamur, & illorū dumtaxat adoramus opera, qui verticem suum remotissimis gentibus mōstrabilem sustulerunt.

In profundissima terræ parte collecta aqua se stimulat, lacessit spiritus suos, tentat aditus, vt humili se loco eximat. tandem post tot impulsus, & labores in iuga montium euadit, & ex tenebris prorumpit ad lucem. Illis abiecta non officiunt natalia, qui viā sibi ad virtutes parāt. omnes depressi, omnes sordidi, omnes ignari nascimur: sed cum ea indole, quæ viles ortus ad clatitudinem sublimare potest, si illam torpescere non sinimus. patentes non sunt, sed nec in totum ob-

ducti

ducti ad gloriam calles: enitendum igitur nobis est, & desudandum in hoc, vt ex obscuris pergamus in splēdida, & summis conatibus è cæno, lutoq; ad sicca, & nitida pedem referamus. facinora impensiùs gliscunt laboribus, & rei difficultate, quam sua magnitudine; hanc enim sæpissimè consequendi facilitas imminuit.

Ea in altitudine Principes constituit fortuna, vt ex se ipsa clarescat, & se in distantissimas regiones nullibi impedita ingerat. attamen si illuc vna cum dignitate virtutes non irrepant, celsitas loci sordes ostentat, & amplitudo qualibet abiectione depressior est. possunt quippè humilitates labes suas tutò proripere, in illo verò culmine non fucantur nęui, nec aliquod fœdum pro nitido lucere potest. Cæterum, cum tanto maior existimetur gloria, quantò latiùs extensa, nominis celebritatem illi quidem faciliùs committunt posteritati, qui rumores suos longiùs vehunt. sed istos, ni exerat virtus, obruit silentium, & eblanditæ obmutescunt acclamationes cum morte. Procurandum ergò illis

est, vt celsitudini par indoles crescat; & boni mores illic extuberent, si cupiunt gloriæ flumina diutiùs inflata currere, alioqui in medio cursu arescente vena destituuntur.

Vidimus sæpe in nimbosis procellis delapsas è montibus aquas, inter vallium angusta impeditas, ad celebriũ fluminum inuidiam intumuisse: extinctas vrbes, euersas regiones, ipsorum montium exesa latera, verticesq; concussos. attamen hanc molem ex fragmentis coalitam, post tot ruinas ad mare detulisse suum nomen, absque nomine. horrores illi aliquandiù quidem hominũ fatigarunt memoriam; sed alueus siccus est; vastationes reparauit ætas, & lætiora tempora præteritorum mæstitiam consumpserunt. inundarũt orbẽ vastissimi exercitus, pfundas plagas inusserũt mortalitati, quas breues anni cicatrice obduxerunt, & ab hominum mentibus tristitiam abegerunt meliora. sunt istæ aquæ è superficie montium lapsæ, quę ex intimis non pullulant, nec ab vberi radice progerminant. Facile est grauioribus vndis ex alto in humile deuol-

ui,

ui, hunc igitur caſum potius aſpernamur, quàm ſuſpicimus. Sed ſe ex imis erigere,& onus,grauitatemq; ſuã tollere adeò magni facit natura, vt non patiatur hos aboleri niſus, & aliquando tàm honeſtos emori inſultus: ideò perennant in curſu flumina, torrentes marceſcunt.

Exercituum pondera compreſſere populos,qui tandem onus ſuum excuſſerunt, vel armorum vis temporum interuallo elanguit. maximi imperatores breuia conta bularunt, quę iugũ ſuum illicò diripuerunt. fluminum ripas iunxerunt pontibus, quos fluctus helluati sũt. edomuerũt claſſibus mare, quod domitorum ſuorum ſe tumulum fecit: cędibus, & ſanguine arua ſtrauerunt, quę ipſiſmet oſſibus ſupercreſcentia in lucis conſpectu diutiùs eſſe nõ tolerarunt: defoſſę ſunt valles, & æquatæ: elati montes, quos tẽporũ interualla decuſſerunt altitudine deleta. Aqua ſanguine cõſpurcata ſordes deterſit, machinę collapſę ſunt, exceſſit barbaries, ingentes clades ſarſit mortalitas. vna viget virtus, ſi in tot facinoribus emicuit; cętera perie-

runt,

runt. hęc clarissimorum imperatorũ nomina in hanc diem traxit, bellicis rumoribus olim suppressis. quod si quassuum, & euersionum aliqua ve- stigia commemoratio seruauit, aluei illi exhausti sunt, per quos nulla glorię vnda promanat.

Duo hęreditate germani, non animo gemini ductarunt exercitus, imperatoria auctoritate ex opposito perfũcti. Titus oppugnauit validè, debellauit strenuè, sine odio vicit, clarissimas vrbes consumpsit, & à iure belli non discessit, oppressit hostes, arma verò absoluit inuidia, itàut, nec ipsum victorię peniteret, nec victi vicem suã iustè dolerent. reuersus in patriam, inter hostes imperij, imperauit sine hostibus, hostiles animos dominij temperie mulcens, clara fronte, blando supercilio, vrbanitate, beneficijs triumphum de ciuibus egit, & tutissimè regnauit inermis inter eos, quos benignitas exarmauerat, ingestosq; refutauit honores, mortalitatis fastigium excedentes. è contra totum penè orbem profligauit Domitianus, & nusquam vicit, beneficia pacis sine bello corru-

pit,

pit, & ab exteris non lacessitum imperium hostili administratione turbauit. bellici ducis famã apud suos quæsiuit, in quos non bellauit: petijt triũphos, quos nõ meruit: honores, quos nemo ex iusto dabat, ipse sibi iniquissimè asciuit. ex vitę mensura perierũt ambo. humaniter vixit ille, & plusquàm homo mortuus est. immaniter regnauit iste, & non secus, ac bellua confossus est; ille non ementitas, & perennes meruit laudes, falsos iste, & breues coegit honores. cęleste, quod viuens Titus refutauit nomen, mortuo decretum est: diuinis titulis, quibus imperans insigniebatur Domitianus, execrationes ciuium spoliarunt extinctum. quinimò, nec mortalibus pepercit insignibus Ciuitas, ne in oculis staret, quẽ omnium animi exhorrebant. inter exultãtem populum obscurè tumulatus est, cuius fratris fun- ra mærores palàm, & lachrymæ pr sequutæ erant. inquies, ambos r morant historiæ, ità: sed excita vnum, & enecantes alium. D tiani imperium torrens fuit, cui signantur ruinæ; hanc partem a

alteram lacerauit: horrida baccatione huc allapsus est. Verum post tantum fluxum, quæque arida sunt: mutescunt linguæ, & libenter memoria infaustam impressionem, vel non admisit, vel expunxit. Titi verò dominatio vbertimo flumini proxima fuit, cuius brachia arua irrigant, corpus merces transuehit, ex cuius beneficio beantur Prouinciæ, felicitantur vrbes, viuunt homines; nemo tempestates, & procellas recenset, cuncti gratias referunt, & quod maximum est, semper decurrit: eam enim famæ emanationem quæsiuit, quam nulla ætas retardabit, decebitq; semper Titum in viuis haberi, Domitianum verò inter mortuos æternè recenseri.

Quot Principes huius famę desiderium ad sulcandũ mare perpulit? quot vltra flumina transmisit? quantis mõ... ũ asperitates aperuit? quot ignotæ ...licitarunt regiones? non æstui, non ...i, non morbo, non sanitati par... es, vt se notissimos facerent: qui ...res, nisi virtute fulti sint, cum ... ad horrorem, inter feralia ad ...m accedunt: vt nonnunquam

obstu-

obstupeam illorum insaniā, qui quoquo modo nituntur clarescere, neque sibi curę est agendarum rerum finis, illud vnum spectantibus, vt vulgetur probus, scelestusuè sit. profectò, nisi furens, & lymphatus, vt omnium in se converteret oculos, faciē in æthiopem deformaret, aut pluribus vulneribus genas affligeret, vt illa mōstrositas ora hominum raperet. elephantiasis, & lepra virorum postremum corripientes toti publicant ciuitati: sed tantum prçconium ab hominum prohibet consortio, vrbe exigit, in syluas proscribit. voces furibundum ducem renunciātes sunt hostium classica, illi bellum indicentia, extrà mortaliū seriem segregantia, intra belluarum feritatem conscribentia.

Velaniam non tradiderunt annales opulentiorem ea, quæ Caligulam detinebat: execrabatur miser felicitatī suorum temporum se inglorium deferentem, ac si ipsius ortus non fuisset satis memoranda humani generis calamitas: dolebat alium non resurge[illegible] fidenam, qui quinquaginta homin[illegible] millia malè connexa obrueret [illegible]

 pagi[illegible]

gina. peculiarem exoptabat cladem, quem sequebantur vniuersæ: ac si pestibus non vexaretur orbis, cui tam pestifer præerat Imperator. ærumnæ omnes concomitatæ sunt te, Caligula, perniciosum Romani imperij ducem: si per istas exoptas commendari, copiosissimam eructasti messem, quę te fastis eliminauit; cælo prohibuit, inferis deuouit. per ora hominũ ais licet detestatus vagor; quod tibi cum leonibus, & tygribus commune est.

Nero gloriæ auidus, & bonæ semper ieiunus, pulcherrimũ mensis Aprilis nomen in Neroneum deformauit, in hoc tantùm pullulantes sub eo tẽpore flores imitatũ, quod citò emarcuerit. nominibus auulsis veteribus, suum magnificis ædificijs, famosisq; ocis inscripsit, extemplo deletum. ad summum in animo gloria flagranti, laudabilibus extinctis facinoribus, vna superfuit infamia, quæ tulerit ætatem. amas non mori? ne mendices ..erna, sed age. nemini tẽpora igno..it, nisi illi, qui opus suum maturè ..iserit, non mutuatum, non pig-

mento

mento resperſum, ſed candidum, correctum, & emaculatum.

Sicut vindicant ſe è tenebris flumina, ſic virtus, & vitia diutiùs non latitant, cum in altos viros ſe inſeruerunt. montes aquis ſuperpoſiti, ipſarum aſcenſum non intercipiunt: ſic nullæ artes, quamuis callidiſſimæ, improbitates Principum valent occulere, vel egregiam indolem celare. quidquid in ea altitudine irradiat, neceſſe eſt longiſſimè porrigi: monſtrabilis ex ſe ipſa maieſtas eſt. populi verò in ea ſcrutanda sẽſus omnes procudunt, in illos ſplẽdores quælibet acies intentat, in eos ſonos aures omnes arrectæ ſunt, nihil fallere, nihil excidere poteſt: vnde mihi præ cæteris illa videtur ſpecioſa fatuitas, quæ mentẽ prauis inſuccatam cogitationibus bonæ famæ deſiderio titillat: vellent iſti de improbis operibus laudabilia promere, & flagitioſis honeſta mercari; ſed putrida merces non aurum mercatoris expectat, nec corruptum ſemen, vbertas ſoli ad germen prouocat. putant Herculem expugnaſſe, ſi emptis ſcriptoribus, atramento ſui nominis

maculas absterserint, quæ intensiùs denigrantur, & ideò exeruntur, quia velaminibus eguerunt.

Mollioris terræ fluxu confusa flumina angustum tempus declarat; nam crasso illo decumbēti intra breues dies purior vnda decurrit. nescit personā veritas, quam, quæ nituntur turbare, puriorem reddunt. obsita quippè mēdacijs ab humano ingenio illusionū impatienti ad intensiorem claritatem excutitur; qui indigna obscurant caracteribus facta, istis excusationibus locum non relinquunt, & probis, si quæ sunt, fidem adimunt. falsa nonnunquam historia aperuit sceleftiora, nam putabatur fucus fædiores næuos dissimulare. qui excelsi sedent, cunctis expositi in cunctos incidunt. emittūt lucem, spargitur lux, exerunt tenebras dilatantur tenebræ. vtræq; publicantur orbi, sed vnas notat splendor, alias horror.

Philistus scriptorum lenocinio tyranni Dionysij deformitates oblinivit, vt se exactum ad patriam redimeret. Cremutium Cordum, quia Brutū, & Cassium dicebatur laudauisse, Tiberius

berius ad mortem compulit. quam vindicauit posteritas, quę Cordi scripta probauit, Bruti, Cassijq; labefactatas laudes asseruit. è contra insolens Philist. mendacium, inuisos cunctis annales ad perpetuam obliuionē relegauit, meritoq; illum orbis exegit, qui communem humani generis hostem à mortis exilio reuocabat. viuit tamen etiam nunc Dionysius, sed inter malos Principes, qui improperijs reseruati moriuntur ad laudes. vox hominis ventus est, qui cohibitus vehementiùs obstrepit. quam improuidè famæ suæ consuluit Tiberij calliditas prauè agendo, & maiestatis lege sermonibus obuiam eundo; verba per aliquod temporis compressit, quæ libertatem nacta impetuosiùs detonarunt.

Videtur animus curas suas partiri, quas promit, & absoluere se doloris parte, cum morsus suos manifestat. nihil sęuiùs excarnificat, mali Principis regimine. hunc carpere vexata mens ad solatium sui ducit. vltionis impotens manus est, feriat lingua, quę minori discrimine, vel grauiùs exul-

cerare poteſt. vetat lex iſtam ſolui, raro id obtinuit, quamuis ſeueriſſima; immanitas Tiberij aliquo modo eam vinxit; ſed ipſius interitu liberata, tamquam fracto carcere, debacchabatur, & fulminabat.

Sanctiſſima lex, imprecationes obſtruens, obſeruantia legum eſt. harum cultorem, & vindicem Principem nullus maledicentiæ timor poteſt inceſſere; contẽptor verò nullis artibus diras effugiet. Domitiano, Caligulę, Neroni, Tiberio vna mors nihil reliquum fecit. Titi, Adrani, & Traiani funera in glorioſos vertebant triumphos. tunc elata ſimulacra, erectęque viſebantur imagines, ſed altiùs bonitas, & iuſtitia ſpectabantur, & Dijs ſacra colebantur ſepulchra. eos enim mortuos veneratur terra Deos, quorũ conſilijs diuinitati ſimillimis adminiſtrata fuit.

Id oraculum teneamus: momẽtaneas eſſe glorias à vitę rectitudine nõ auſpicatas. non impudentes defuere calami Caij, & Neronis imperantium ignauiam celebribus coronantes adoreis, quę cùm ipſis, nunquam redimitis

tis frontibus, perierunt. nescit hominum memoria vitia, virtutesq; fraudare; vndè meritò Carolus V. Cornelium Massicum suorum temporum historicum ad mortuorum gesta conscribenda hortatus est, ne viuentium adulatio suos labores temerè decoqueret.

Alexandrum in cuius manibus orientis palma floruit, hęreo, an Magnū appellem ex orbe domito, aut quod animi sui vastitatibus posuerit obicē; vt mirabile sit, qui nullos victoriarū terminos inuenit, eos rerum gestarum magnitudini dedisse. hunc imperatorem hijdaspide subuectum aggreditur Aristobulus assentator historicus, libro immodicis laudibus exarato. vir immensę dominationis capax, falsis encomijs non constitit; de repentè iniuriosas vlciscitur laudes, futiliumq; triunphorum promptuarium in præterlabentem proiecit. in hoc aquas imitatus, quę alienigenam rerum mixturam abhorrentes, sola elementi gaudent puritate. hic fluuius, aiebat Alexander, claritatem suam per secula tuetur, & ego facta mea ad posteritatem

turbida patiar descendere? purget igitur hos caracteres, aut sepeliat, qui vanis mendacijs corrumpentes veritatem, splendorem gloriarum mearum, hęrentibus posteris, enubilabũt. quàm prudenter egit Alexander, qui submersum Aristobulum aspidibus, crocodillis, alijsq; venenosis animantibus, eo tractu frequentibus, non exposuerit. quippe si ferarum immanitati adulationis virus accessisset, de humano genere actum esset.

Hoc in loco stupiditatem aliquorũ Principum licet demirari, cum aut praua facinora putant adulantium laudibus expiari, aut mala non esse, quia commendantur: monstrosum vtrumq; deliramentum! nam altissima facta cuncti nouere. nec verborum apparatu corrigi, aut maculari queunt. meretricię sunt laudes in faciẽ insultantes, purę verò, & integrę sequuntur absentes. an tanta Neronem possidebat vecordia, vt matris cędem sibi gratulantes vera sentire excogitaret? qui in tali lenocinio formositatẽ quęsiuere, quàm fędè deturpati sunt. vera preconia magnos viros non an-

teuc-

teueniunt, ſed comitantur. Antiocho regi ruſticus pulcherimam veritatis effigiem denudauit, cumputabat non adeſſe. ora enim regum, niſi ignorata, tãto cenſentur indigna nitore. alia omnia pumicata, delibuta, & exornata regali obijciuntur aſpectui, quem vna veritas, niſi informis, & velata reformidât, poſteriora verò nullis fucis adumbrata apertiſſimè inſectatur, grauiuſq; vulnus in imprudentes infligit. ignoras, quę circunferantur de te? vulgatos ſermones cupis intelligere? internuntijs nõ eges; temetipſe explora, an hominẽ agas; tua circumſpice facta, an diuinis, humaniſq; reſpondeant legibus, & acta famam coęquare pro certo habeas.

Non fucata hiſtoria eſt vera virtus, quę inſerit ſemetipſa in mortaliũ mẽtes, non euellendas figit radices, & fruticatur ęternitati. Emmanuel Philibertus Sabaudię Dux glorioſis auebat operibus, neglectis hiſtoricis; in alios munificentiſſimus, Paulum Iouium ſtipem rogantem aſpernatus eſt. iniquum ſibi videbatur ex alijs mercari, quod ſui iuris eſſet, erutamq; ex ſe glo-

tiam, non suis commeare gestis, sed alienis opibus euehi. certaminibus clarus, triumphis spectatus, erubuit ad mercenarios respicere historicos, & alieno calamo eum poliri gladium, qui in patentissimo campo refulserat.

Torentes citò perituri multo strepitu properant; flumina, quo magis regia sunt, eò grauiùs, & cum silentio incedunt; eò quod necesse non sit, vt suum transitum remotis incolis nuncient, qui ęternus futurus est. Cuius indoles summa duntaxat virtutum libauit, cum exilem sonum proferat, lituis eget, qui debile factum, emanandi impotens, vulgent; alioqui parum firma posset tempus exedere. qui verò animum vitijs omnino defęcatum admirationibus adhibent, nullas debent tubas prouocare, cũ nesciat raucescere vox, nominis illius commendatrix, quod virtutes ęternitate dignatę sunt. Romanorum facundia Grecos Duces applicuit, nostrorum temporum ingenia in Romanorum laudes soluuntur.

Depurant se flumina, cum surgunt ad auras; in abdito obscurę, crassę, fęculentè, cænoq; confusæ resident

aquæ

aquę; cum verò tēdunt ad lucem, maculas tùm primùm eluunt,& expolitę, emendatęque resultant è saxis. criminosum hominem excusat æqualium turba sępè peccantium. nota multis inusta minus fędat. multitudini interiectus errores suos inter pares abscondit, vel minus deliquisse videtur, si in eo ordine multi delinquant. disparitas status culpas profert insigniores, & notabilius erratum est, quod in conspicuum hominem cadit. vnicus Prīceps sine pari peccat: quod vitiosum ex eo promanat, singulare est. vti vulgaria illic non eduntur argumenta virtutum. anteit omnibus, & omniū morib⁹ pręcellere debet, ideò si se fama commendare cupit, cum solium ascendit, eruderet animū suū, veneni radices conuellat, & det operam, ne aliqui hinc,præter balsaminos, venti expirent.

Ludouicus XII. Aurelianensis Ducatus stemmata in Gallici Regni insignia, successionis iure, mutauerat. Ducem multi contempserant, quem Regem timebant. Aurasiensis Dux vrgentioribus iniurijs affecerat, quarū

vindictam anxiè expectabat. attamē hanc communibus amicis deprecantibus fatur Rex. exoratus sum, cùm primùm regiam dignitatem inij me huius solij celsitudo prohibet in Aurelianensis Ducis vltionem descendere. iustè puniuisset offensas Dux, iniquè Rex, cui minus licuit, quàm priuato, quia nimis ascenderat; auctæ vires vlciscendi potestatem dempserunt, & dignitas licentiam minuit: exarmauit animum suum, cū se summa auctoritate armatum vidit, ne in crudelitatem incurreret, si in inimicorum punitione ad supremā euectus auctoritatem, perstaret: alere odium non inficiebat Ducem, fœdabat Regē; ideò ità sceptrum amplexus est, vt regiam potentiam ijs perstringeret, quæ maiestatem non dehonestarent: suam auctoritatē in se ipsum adhibuit: Rex compescuit audaciam Ducis, vetauitq; iniurias exequi, pœnasq; repetere. inquiebat sibi, si Dux errassem, ad paucos emanasset delictum, in regium facinus totus orbis aduertit. non multi succensuissent Duci, infinitas populorum arguet Regem adnactus


sum

ſum, vt impunè agam, & grauiori ſupplicio ſubijciar. attamen regia licentia, ſicut mihi libertatem eripit, ità in eo me loco ponit, in quo, ſi vitia exuero, virtutum pretia ampliſſima expectem, æternas laudes, non caſura encomia.



PRODIT VRINA CORporis morbos, vel salubritatem, aqua etiam illius terræ conditionem renunciat, quam elambit: vnde diuersas aquarum naturas, & penè mirabiles in dies experimur.

Caput IX.



ONTES sunt pusilla flumina, mauis dicere appendices fluminum, vel sobolem à parentibus fluminibus emancipatam. nam deforme erat terræ ingentibus alueis passim dilacerari; onerosum hominibus omnem aquarum vsum à fluminibus petere: exquisita ideò fuit summi Creatoris solertia, ne elementi tàm vtilis, nos premeret ieiunium, qui necessitates nostras pauperie remediorum vrgere noluit, sed ditare, tantaq; opulentia afficere, vt eas sentiremus priùs extinctas, quam ortas,

ſi ſola extinctione contenti eſſemus, quod ſi oblectamentis reſpergere, & ſuauiori dulcedine abigere intenderemus, tunc delitias laboriosè inſtrui operæ pretium eſſe duxit. Conformauit idcircò terram fontibus, & riuulis conſitam, obuijs vndiq; etiam non quærenti ſe ſe, grato aſpectu, & murmure, offerentibus.

Ariſtotelis opinio à fluminibus eiecta, iacturam ſuam aquarũ attribuẽs multitudini, ſaltem in exilibus fontibus ſedem figere contendit; ſcilicet ſuſpenſuras rupium, aere paulatim coaleſcente vdas, tamdiù lachrymare, donec in copioſo rideant fonte. naturales etiam montium fornaculæ ſtillatoriæ, cum in magnò non audeanr, ſaltem in paruo, ſuam nauare operã perſuadere nituntur. quam ſententiã licet abſolutè reiecerim, non tamen inficior poſſe iſtas exiguas, & inchoatas naturæ molitiones antrorum parietibus allinere humorem, nec non etiam debilem fluxum, vel aliqualem fonticulorum afferre durationem.

Meritò pluuiæ in cònſtruendis fontibus maiorem operis partem ſibi arrogi-

rogarent, si tantisper immorarentur, vel penitiùs terram adirent; sed liquet istas vagas, & palantes in fluminũ alueos præcipitare; mox cum inflatis excurrere, & quamuis illa portio, quę à locis editioribus imbibitur, ad decliuiores decumbens cõgrediatur in fontes, non tamen istos construit duraturos, vel perennes, sed subitarios, & qui æstiuali aritudine siderentur.

Vtili digressione terrarum intestina peruademus, postquam corporis humani arcana enucleauerimus. venæ prodeunt primò ab hepate ingentes, varia mox brachia hinc inde iaciunt, quæ in minora finduntur, & prima illa magnitudo in tot partes distributa paruescit, nec mediocris paruitas naturæ satisfacit, quæ eas in imperceptibiles ramulos diducit, capillares nuncupantur, qui vlteriorem sectionem refugiunt. Ijs tota moles, & carnium, & parenchimatum, & pelliculaum stipata adeò est, vt nusquam sanguis non erumpat. eadem planè forma tellus ingentibus priùs cauernis mare adsiscit; dein arctiores canales aperit, in quos flumina corriuãtur. quid

quid vero telluris circumstat, sua habet segmenta, per quæ paruulæ vires diffluunt. hinc flumina, hinc amnes hinc riuuli, hinc putei, hinc demùm omnes aquarum propagationes, quas imbres in tumorem quidem attollunt, nullam verò capiti faciũt accessionẽ, imperturbata in suis principijs natura.

Assertionem nostrã valenter stabiliunt mobiliores illi fontes, qui in maris æstum coincidunt, aucto, & submisso consentientes. isti nulli dubium est, quin ob maris proximitatem in fluuium adolescerent, si tantùm vena exugere posset ab Oceano; sed arctæ fauces duntaxat ingerunt quantum fontis exortus compatitur. Gades fontem istum cum freto reciprocantem, contemplandum nobis obijciunt, qui cum prope mare sedeat, minus elucet miraculum; quod ratio promptè diluit. Ista enim examinat aquam, vel adhuc mari continuatam, vt illius nutibus obtemperet, aut saltem origini suæ tam proximam, vt nondum paternæ naturæ exuta rudimentis, insitos impetus seruet, & præfinito tempore exerat.

Si

Si crassitudinē nostrorum sensuum minima non illuderent, similem motum in omnibus aquis deprehenderemus; sed parua nostrorum sensuum crassities nobis abscondit, quos vix grandia implent, & ista multoties vbertate splendoris perstringunt; aut attonant mentes. nam sensibus incōperta, cum nullum sui specimen edāt, cogitationem non fatigant; adepta verò desiderium sciendi proritant; quod sibi multùm defuisse videtur, nisi causam reddiderit. in hoc enim sensus, & ratio conspirant, vt scilicet illi rerū idola subministrent, ista reseret claustra, superficiem ducat in intima, & patefaciat rerum fontes; qui iterum in Gadibus spectaculum promunt, multo priori insignius, & omninò diuersum. fons enim alter in hac insula scatet, qui ab Oceani motu penitus dissidet, vel potius à parente rebellat. nam gliscente mare remittit, sedato tumet. necesse est, vt credas omnem aquarum impulsum ab ipsis se se vrgentibus, & spiritu concitante ordiri. sic fieri potest, vt intumescentia maris in se conuersa aquam, & spiritus in fontem

properantes resorbeat, ex cuius retro-cessione consueto alimento destitutus extenuetur fons, qui è contra, remissione maris in consuetum iter recurrentē humorem cogente, infletur.

Plinianus fons, qui ter in die consurgit, & subtrahitur, vaporibus suum debet portentum, qui aquam tamdiù agitant, quo ad fatiscant, quibus vanescentibus humor regreditur, donec nouus halitus generetur, qui eum concitet: cur fontes omnes his reciprocationibus non succumbant, percunctare cuniculos, positiones, sinus, canales distortos, curuos, flexuosos, cōtinuatos, incisos, terrarum situs, & aquarum temperiem quę vna facie innumeras excribit naturas.

Cum satisfactum iam sit decurrentium aquarum inchoamentis, & ad naturam deuentum, ista me stupidū habet, dum reuoluo hoc vnum elemētum cęterorum obire procurationem; vrit enim, gelat, siccat, humectat, videtur vniuersam naturam complexum, vel cętera elementa hoc destituta, non agere, aut hac prerogatiua honestatum à Deo, vt sodalitatem cū

non

nõ conciliatis hostibus iungeret; quinimò ex aduersariorum miscella sibi ornamentum conciliaret; nam ignis calidus, & siccus in hoc frigido, & humido naufragatur, sinè facultatis naufragio. quippè aquę multę sine nominis, vel imaginis mutatione, ignis functiones exercent, siccant videlicet, calefaciunt, & torrent, præsentique frigiditate imponunt tactui, Haustę verò horridum exerunt incendium; è contra verò alię conceptum calorem ebullitione, fumo, & tangentium vstione, manifestant.

Vrina illa est, quę per viscera euagata conquerentium partium, & pathematum notis insignitur. nam ista patiens cerebrum, afflictum cor, violatum iecur, attritum stomachũ, labe, vel intemperie mẽbra languentia extra corpus eiecta ob oculos ponit; quę cruda, cocta, spissa, subtilis, turbida, perspicua, arenulis, lapidibus, sanguine sugillata, caloris natiui vim, aut langorem, humorum iactationes, putredines, corruptionesq; designat, & lenis, vel atrocis valetudinis inusta caracteribus, vitalis spiritus delineat

ęconomiam. non dissimile munus mihi videtur aquis iniunctum, in quarum examine non elementum solum, sed multę simul res veniunt ad trutinam. duo enim ab illis remoueri nequeunt, inquies, videlicet, & furtum. nullis enim circumscribũtur limitibus, & quocumquę applicant, aliquod ex suo deponunt, vel alienum suffurantur, frequentissimè vtrumq; pręstant. quas regiones non adeunt, si totum orbem circumueniunt: quas terras nõ illiniunt, si non dilutum solum sterilitate damnatur? hinc fit, vt vna tegat facies, quidquid venenati, & salubris natura fabricauerat, & aeris, ignis, terrę, maris temperies hoc vno sinu, gremioq; complexa sit. vt videatur natura post elementorum cõstructionem aquarum pulchritudine capta illuc se demersisse. nam istę diuersa loca elingentes, varijs virtutibus instructę, venereos stimulos retundunt, & acuunt, dentes exertant, & stabiliunt. neruorum robur infringunt, & consolidant, visum confirmant, & cęcitate sepeliunt, tenaces vteros reddunt, & concipientes ad abortum solicitant,

inge-

ingenium hebetant, & emendant, cutem fędant, & emaculant, inferunt rugas, & erugant, ad sanitatem reuocant, & exanimant. proiecta indurāt, emolliunt, conseruant diripiunt; in ferrum lapides, & animalia conformant, oleaginosæ, sanguineæ, picem, bitumenq; spumant, metalla, semina, rerum animas deuehētes, totius naturę coercent simulacra.

Varius in desiderijs homo hęc omnia in suas causas reducendi cupidus est. non tamen pari affectu ducitur, nam partim ob leuitatem suam, non curat, abstrusis desperat, multa auersatur; pręcęteris verò rerū temperieb⁹, & actiuis qualitatibus expergiscitur, ac illis maximè pungitur, quæ auerruncant morbos, & incolumitati conducere videntur. itàq; calor vitę custos, quē sibi tam arctè copulant thermales aquę, sciendi anxias vssit mentes. nam reconditi fomites, & occlusa latibula scrutari vetant, an aquam, & ignem, cędem cauedię egurgitent. cur aqua ignem non supprimat, & extinguat? vel ignis humores non exiccet & circumflua sibi loca aquis non iu-

beat,

beat ſterileſcere: conſtat quippè terras arida exhalatione feraces paucis, aut nullis aquis irrigari; cur tandem non omnia balnea parem contrahant calorem, cum tepida, calida, & vrentia exploremus? vt aliquod explicationis rudimentum ex humano corpore cõtemplemur, rurſus introſpiciamus vrinas, quæ per ardentes febres bulliunt, feruent, & corruptis vaporibus contaminatæ inſignia putredinis exprimunt; nec tamen ſemper ad putridã mineram deuoluuntur, aut per putridum humorem tranſmiſſæ ſunt, cum ſeiugatos canales elambãt: ſed calor, & fuligines, quas corrupta materies inhalat quaque pertingunt, & obuiũ humorem, quamuis remotum, adipiſcuntur, & fædant. quare vrinæ ad menſuram caloris, qui ex foco putredinis ſuboritur, intenſam, vel remiſſiorem percipiunt efferueſcẽtiam, tellus vltra primam cruſtam ſegmentatã eſt, & multiformiter diſſecta, ijs maximè locis, in quæ graſſatur ignis, qui obducta aperit, & anguſtos producit hiatus.

Tanta laxitas, & tuborum frequen-

tia suas ambobus elemẽtis vias distinguunt. hinc aquarum repunt venæ, illinc serpit ignis, qui calore, fumoq; in cæcos ductus se penetrat, aquamq; impetit, prout situs communicatio viarum, sors, vel naturæ tulerit iussio. neque tãtùm qualitas aquis inseritur; sed exhalationes & vrigo ipsa per spiracula in obuium humoris corpus ingruunt, altèq; descendunt; sicut foris in nascente aqua apparet impressio, quæ non duntaxat calorem expirat, sed saporem ab elementari discretum præsefert. maiori vero, vel minori caliditate inuritur, prout igneũ penu arctum, & extensum, vacuum, vel grauidum est, & aquarum canales illi appropinquant, vel elongantur. Cum igitur ista duo elementa per distinctas sedes ad longum spatium se comitentur, sensim aqua in itineris longitudine calorem concipit, peregrinisque fumis, & halitibus grauidatur.

Intellectus in secretiora impingens, quasi colliditur, & in disparatas sententias temerè labitur. calorem aquis concreatum fuisse, permulti crediderunt, duasque oppositas qualitates à

prima

prima origine ijs insitas esse. nec tamē diluunt, cur extrà mineram calentes aquæ frigeant? cum satis liqueat innatum cum ipsa creatura interire, ascititiū illud esse, quod deponitur. multo minùs illorū arridet positio, aquas ab exhalationibus generari asserentiū, quæ ignem quidem frequenter componunt, nunquam verò humorē, cuius generationem vaporibus natura mandauit. Non ibo tamen inficias, igneos halitus, qui fortuitò aquis permiscentur, varium inflammationis gradum illis contribuere. Sic hyeme tepescunt putei, & in thermis multiplici excessu feruor exuperat, qui longiùs durat, & æstuosior est, eo quod aquis perfusæ sunt exhalationes.

Accendat ne sol telluris viscera, an ibi, quasi in sphæra, sedeat, ignis, an aliqua pullulet materia, quæ prunis flammisq; papulum sufficiat, non mediocres sustinet censuras. nam sol cum accessū, & recessū, ac mutatione situū roboretur, & langueat, nequit permanētem caloris tonum aquis impertiri, quæ vlterius, si tam vniuersalem causam adeptæ essent, omnes inflam-

marentur. quòd verò ad ignem spectat ipsius leuitas superiorem partem nacta, recusat in infima circumscribi, præterquam quod à nemine controuertitur, ignem alimonia destitutũ illicò marcescere. Ideò huius alimenti naturam inuestigabimus; & in spississimis tenebris subeundis, lucem mutuabimur, ab humani corporis speculo reflexam.

Animalium natiuus calor humidũ primigenium, in quo viuit, pabulatur, cuius absumptionem totis viribus integrat natura, ne intercidat; ideò nutritione populationibus occurrit, exhaustoq; suppetiatur. Id tamen intercedit discriminis, quod regeneratum ad pristinam excellentiam non accedit; hac de causa insitum pabulum nõ integrè reparatum, quotidiè hominẽ deficit, & demùm arescit, vitaq; dimittitur. Mundus, quem altissima deliberatio longæuum statuerat, generationes suas non mutilas, aut acerbas molitur, sed exactas, & ad æquilibriũ prioribus respondentes consummat. Poma, pyra, vua, antiquam sapiunt dulcedinem, aurum, & argentum nu-

per producta veterem referũt fixatio-nem. Sic subterraneo igni, cũ semper eiusdem integritatis suggeratur alimẽ-tum, focum, prunas, eamdemq; pro-mit deflagrationem, & aquæ huic ob-noxiæ, similem caloris stylum conse-quuntur.

Arduum profectò est, hoc ignis ali-mentum determinare, cuius duplicem materiam naturalium scriptores inda-gauerunt, sulphur nempe, & bitumen. Istud in lacu Babylonis deflagrans, ignem simul, & aquam compatitur: flammamq; in humido elemento vi-uidam seruat, & intemeratam; ideò multis seligendum visum est calentiũ aquarum minister; quod tamen mul-ta, & satis euidentia argumenta reij-ciunt: nam flammigeræ aquæ ex bitu-mine tres tantùm in vniuerso memo-rantur, nec incensio perennis est, sed conspecta inter admirãda adducitur, nec mergitur in intima, sed elambit, & per aquarum superficiem adeò sus-pensa, leuisq; meat flamma, vt stipu-lis, paleisque obuijs iuguletur. adde hoc miraculũ nullis in balneis visum vnquam fuisse, & quod caput impro-

bationis est, ex ferventibus aquis nulla bituminis nidorem redolet; sulphuris verò putore omnes euidentissimè scatent. quare reiecto Babilonem vsq; bitumine, sulphur, veram calidarum aquarum causam demonstrare aggrediar.

Calentes aquæ viscera reserant, obstructos meatus aperiunt; perspiratiũ restituunt, crassam illuuiem absumunt, debilia instaurant, frigidas corrigunt intemperies, & deprauatam coquendi reuocant facultatem. quæ omnia in sulphur referenda sunt, quod peculiari dispositione corporis humani marcescentia confirmat viscera, calorem natiuum ab erroribus auertit, facultatum menda castigat, & membra mollit renitentia. Dein sulphur instituisse naturam, tertium mixtorum principium iàm satis, superq; exaratum est, ex quo signaturæ magisteria, & quintæ depromuntur essentiæ. Quapropter operæ pretium fuit, vt in terra thesauri, & promptuaria sulphurea instituerentur, quæ continuatis generationibus satis esse possent. & tandem visus, olfactus, necnon etiam gustus, & ta-

ctus,

ctus sulphur in fragrantibus naturaliter aquis comperierunt. nam quod inhalat ex ijs, olet sulphur, quod libatur, gustatur sulphur, & quod post aquarum consumptionem solidum, siccumq; permanet, videtur, tangiturq; sulphur.

Sicut planum fecimus, ad calefacienda balnea accensum sulphur destinauisse naturam, ità incertum est, vndè primò accersitus sit ignis, qui materiam incenderit, & ex qua plaga tanta confluat pastio, quæ deflagrationis voracitati par esse queat: quid prohibeat totam mineram simul deflagrare, cùm materia ad ignem paratissima compleatur. Accendendi subterraneum sulphur, officium delegatum fuisse soli, non dubitarem, si terræ penetralia irradiarentur. Sed liquet nullo lumine turbatam vmbram inibi stabulari: sulphur verò semetipsum ad inflammationem non prouocat, cum multæ inueniantur sulphuris fodinæ igni intactæ, & nonnullæ memorētur, quæ fortuitam flammam, adhibitis imprudenter luminarijs, latoincēdio contraxerunt. duæ igitur super-

sunt causæ, vniuersalis vna, propior altera. Deum in mundi inchoamento fodinas ardentes procreasse credibile est, cum terra sine intrinseco caloris fomite germinibus attemperari non possit: ignē verò in sulphureis stationibus, iā inde subortum esse, & in dies excitari liquidò constat. Quare ex causis naturalibus, istæ potissimum mihi videntur sulphuris combustionem promouere, aer scilicet, & fuligines, quæ vento afflatę, congregatæ, & emotæ, tandem accenduntur, flammamque edunt. ista ab amica sylua rapta grassatur incendio, quod alicubi immensum propagatū, paucis horis, vel diebus ingentes consumpsit regiones, alicubi per sæcula vix limites summouit, & quod omnē superat admirationem, tam vagum elementum termini impatiens, statis circulis, & inuariabili meta definitur. quod profectò profugo igni adscribēdum nō est, sed materię, ad cuius modum frendet, lymphatur, furit, vel mitiùs agit, vel quodam modo coercetur: nam materię herens illius conditionem, & naturam sectari cogitur, &

combu-

combuſtibilia ita inuadit, vt ſibi obtemperantia ſtatim obliguriat, renitentia verò lenie perſequatur. omnibus numeris abſolutum ſulphur, ſi flāmam concipiat, breui ſpatio vertit in cinerem, & copia, vel vbertas fodinę nihil magis, quam latiorem populationem conſequitur: in opulentiorem meſſem, & maturiorem flammę inſolentius debacchatur, aduersus inchoatam verò, & acerbam ſerotinæ delcedunt.

Quia combuſtionis lenitate adeò nonnulli intepuerunt, vt ſulphur in thermis deflagrare inficiati ſint. tamē quod huic rapuerunt, telluri largiti ſunt, quam in prunas conuerti poſſe, & auara nutritione ignem æternum alere opinantur. ſed nimis diſtat, prorſus non paſci, ab illiberali nutritione: flamma non nutrita ſubito concidit: nihil poſſidet terra, quod igni commodare poſſit. auidus fenerator inopem, & mendicam fugit, opulenta tantummodo, & pinguia accerſens.

Qui diceret ea in parte, qua inflammata eſt, febricitare tellurem, improprie loquutum non exprobrarem, cū

immoderantia caloris febres consti-
tuat, quas vari⁹ humor diurnas facit,
menstruas, annuas; nam ardẽtes quar-
ta, aut septima dies conficit, quoti-
dianę vero, vel quartanę, etiam ad
lustra protrahuntur, alię ad quatuor-
decim, vel viginti annos prorogatæ
vlterius procederent, ni vitæ staminis
sectio earum cursum finiret, subtilem
humorem ocyssimè calor intrat, &
euertit, crassi vero, & viscidi intima
fero peruadit. hinc multoties fit, vt in
superficie, caloris distineatur impetus,
qui antequam ad ima peruenire possit,
regeneratus humor stipat vacua, & in-
staurat deperditum; vnde inexhaustæ
febres. intestina terrę perpetuis ignibus
damnata, complentur sulphure rudi,
& informi, mauis dicere sulphurea tel-
lure vel sulphuris rudimento, sicuti in
fodinis aurũ, & argẽtũ fęce, multa, &
illuuie circumueniuntur; attamen sordes
illę, & purgamenta sulphur inferioris
nore sunt, in quod circomposita ter-
ra, temporis tractu, se transfert, cum
in illis stationibus fixa sint, & depacta
sulphuris semina, & radices altę im-
plantatę. quinimo illarum regionum
tellus

tellus, sulphuris seminarium sit, iugiter augescentis, & pullulantis. hinc fit, vt impolita, & nondum exacta materia strigmentis etiam sordidata ęgrè igni morigeretur; cum pars alliciat, pars respuat; & in pabulum perfunctoriè cedens, flammę penetrationem inhibeat. sic, cũ sensim exhauriatur materia, & ad exhaustam reparandam, noua non intermissè elaboretur, ignis perennitas, & perpetuitas viget.

Ne videar non recipienda loqui, adeamus ęthnam, vbi serpit inextinguibilis flãma, quę nisi crassa, & vix penetrabili esca, ac de nouo in dies educta cibaretur, ne quidem mons, sed insula iàm bustum facta esset: quinimò tam ferax est solum illud, vt assidua combustio satis non sit ad prouentum materię vorandum, quę per tempora ità cumulatur, vt erumpat cum circumstantium vrbium, & oppidorũ strage. vnde ego facile adducor, vt credam moderatum ignem, sicut sulphur absumit, ità suo calore ipsius generationem iuuare, vel saltèm festinare, ità vt flamma destruat, & instauret semetipsã, suiq; sibi fabricet alimentum.

SICVTI A NATVRA duplici fontium genere, frigidorum scilicet, & calentium, humanæ incolumitati consultum est, ita Principes seueritate, & clemētia opportunè administrata, prīcipatus vigorem tueri.

Caput X.



Ensebunt forsan nonnulli ex diuersis filis patum aptè fingi contextum, si caput hoc dissona clementiæ, & rigoris nomina exarata referat frontis. Videtur quippè excludere seueritatem clementia, & vbi se infudit seueritas, nulla clemētiæ superesse sedes, ad inuicem se lacessere, sibi fores certatim claudere. attamen, si in vtriusq; naturam consultò immigrabimus, amicitiam, potius, quam simultatem offendemus. tole-

tant

rant se, opitulātur sibi mutuò, idemq; humanum pectus ambę sine distractio ne nobilitant. Animus hominum affectionum capax, in multas eodem tempore torquere se nequit, si immoderatis possideatur, & à sanitate deerrantibus. vitia enim tàm seuerè tumultuantur, vt vno imperante, alteri non vacet; nam exagitant mentem, omnes eius vires exercent, totam operam postulant sibi, ita vt ab aliquo infessa, alijs nauare non possit. opposite dominātur virtutes, quæ se vicissim fouent, vna alteram prouocat, quæq; potentior est, nec animum turbat, nec æstum concitat, qui licet acri studio nonnunquam incalescat, vsq; ad ebullitionem tamen non promouetur. sibi igitur relictus animus, eam iubet virtutem consurgere, quam opportunam censet, vsuiq; congruentem, ad cuius mensuram hanc, vel illam promit, vel in plures eodem tempore incumbit. Prudentia enim operationum arbitra illi dat motum, quam reputat ad occasionem factam, & hac cessante, quietem indicit, tantumq; operis decernit, quantum decus virtutis ex-

poſcit, quod intra certos limites concluditur; nam multoties non exactè temperatæ virtutes in vitia abierunt. non eam ſeueritatem nos loquimur, quæ crudelitatis ſpeciem præſefert, ſed quæ in iuſtitiæ gremio recumbit, & quæ tantùm abeſt, quod imminuat clementiam, vt illi potius nitorẽ maieſtatem, & reuerentiam conciliet; ità vt vtraſq; ſimul amplecti ſplendidum, & decorũ Principibus ſit, & tunc magis emineant, cum ambabus hiſce ſtipantur virtutibus. eoſ tamẽ decet clementiam, tamquam dominam, proferre, cui ancilletur ſeueritas. cæterũ ambabus inhærendum eſt; nam iuſtitia harum duarum virtutum vallo firmiſſimè munitur. ſola quippè cuſtodita clementia contemptum expugnaretur, obuallatam ſeueritate odia infringerent. ſic par eſt amore, & metu ab hiſce proficiſcentibus munitionem conſolidari, vt nunquam euerti poſſit. nam à diligentibus protegetur, timentes reuerebuntur, ſummaq; cunctis hærebit obſeruantia; cum alij ità diligant, vt metuẽdum eſſe ſciant; noſcant multi ſe id horrere, quod ab omnibus

nibus non diligi nefas sit: durat amor, cui associatur metus, nec deponi potest timor, quem amor deuincit: inter vtrũq; moderantur Principes, in productione fontium æmulantes naturam.

Liquidum argentum produnt saxa, per exilem venam distillans in fontem. collectus humor suorum natalium puritatem ostentat, quam è cunis prorumpens, vagienti murmure promulgat. submisso sono lapillorũ pertinaciam exprobrat, sibi cursum tardantium, eosq; leuiter diuexat: cæterum non placidus nemini. dulcissimè irretiunt aures ipsius querelæ; allicit oculos nitor, quos non perstringit, vt splendor, non dissipat, vt album, non molestat, vt lucidum, sed quidquid in ijs gratissimum est contribuit, per inquietos flexus oculorum aciem ducēs, leui iactatione distrahit, & modesta illa dissipatione, quos rapit, recreat. receptus in viscera æstibus iactata placidè lenit: frigiditate sua feruoris exuberantiam retundens, illam mediocritatem restituit, quæ partium custodiæ demandata est, faciem cum imperii

deuer-

diuerberans morientem calorem ex-
suscitat, tam amabilis, vt licet qualita-
te sua caliditati aduersetur, ipsam ta-
mē, cum cutim attingit, abeuntem re-
uocet, gratissimoq; frigore ad vniō-
nem sui cogens, vires illius instauret.
sic quod videtur ad caloris extinctio-
nem ordinatum, vires suas illum resu-
mere iubet, vitamq; propagat. dis-
ponente natura, vt non semper displi-
ceant aduersa, & aliquando plusquā
amica opitulentur. tanta præstant
munditie fontes, vt non admittant
maculas, nec ea, quæ applicant, fęda-
ri patiantur. sordes abstergunt, strig-
menta radunt, illuuiem diluunt, natiuoq;
rerum nitori diutius impuritates
illudere prohibent. multis bonis sca-
tent flumina, quæ & ad malum prona
sunt; nam, præterquam quod frequē-
ter asperantur, vel mitigata nocere
possunt: alta quippe, & plerumq; fal-
sa moles interminatur naufragium,
dorsoq; suo cum trepidatione trāsue-
hentes sustinet. fontium verò deliti-
um nulla mali species castigat; non
profunditate deterrent, aut latentis vi-
tij timore solicitant. quidquid tegitur,
synce-

fyncerum eſt, nihilq; non exploratum, tuta vada, certi aditus iucundiſſimam naturam explicant, fraudis neſciam, omnes inuitantem, neminem non explètum, gratijſq; ſuis abundè ſaturatū dimittentem.

Benigniſſimam naturam ſpeculamur in fontibus, innocentis principatus argumenta à clemētia deducimus. cunctis illi arrident, populos iſta capit. proſternūt arma; ſæuities perſtringit, milites inducunt obſequium, vltrà pergit clemētia, mētes ſibi ſubijciens. cum inuidia dominatur exercitus, odium proſeminant, turmę, amantiſſimum ſibi parat obſequium clementia. amorem principatus grauitate preſſum, aut veſtigalium incremento, vel alijs ex cauſis, quibus regnandi ratio ſubijcitur, è ſubditorum pectorib⁹ recedentē, labeſcentem, & languidū, vel vnicum clementiæ integrat exemplum. non ſecus ac guttæ in vultum proiectę, erroris ſui cerebrum monēt, & linqueſcens arguunt cor, antiquum ſuſcitantes vigorem; populorum enim amor calor natiuus principatuū eſt. hunc, qui ſciuerit intendere, vegetem

vitam

vitam illi quęret, & longæuam; clementia hunc insitum dominij custodem vnit, illudq; consequitur, vt in subditis gliscat, talemq; feruorem cōcipiat, qui deindè perfunctoriè torpescat.

In illo grandi Romanę Reipublicę, imò orbis dissidio, Pompeio, & Cæsare imperium distrahentibus, firmare factionem suam, diuersis auspicijs, vterq; satagebat. sedit Pompeio sæuitiem antesignanam armis pręmittere. Cæsar ciuilis belli curam commisit clementię. ille enim non tantùm pro aduersario stantes, sed, & neutros, inermesq; ac si Reipublicæ defuissent, hostes denuntiatos ad cędem deposcebat: iste verò, nō modo medios, & quietos in suo otio pmisit, sed & suorū numero sibi futuros edixit, & quod vltra processit armatis parcebat. itàq; breui omnes suos fecit; ducem illum eligentibus vniuersis, qui neminem sibi hostem destinabat. sic Pompeius, quos nō habebat infensos, sibi statuit inimicos. hostibus Cęsar amicitiæ suę potestatem fecit, & beneuolentia exercitum hostili adornauit delectu, cu-

iusque

iusque causa verè deterior videbatur, potiorem instituit.

Gaietam rebellem obsidione premebat Alfonsus Neapolitanorũ Rex, in qua commeatibus prohibitis, fames obstinatis, & ad extrema respicientib⁹ consuluit, vt senum, puerorum, & feminarum inutili electa turba, annonæ reliquias reseruarent fortibus viris, ciuitatem propugnantibus: miserabilem populum consiliarij Regis repudiabant, vltrò admisit clementia, haud debile reputans initium victoriæ, media ciuium parte sine cruore potiri. spectabant enim ad mœnia consilio adhibiti, Rex ad ciues; illi deditionẽ cupiebant extorquere, Rex spontaneã affectabat. sedebat consultoribus ciuium internetione consummandum esse bellum; Rex incrementum triumphũ gloriosiorem ducebat. parũ est maximo Regi subruere mœnia, multum defessos animos ad obsequium trahere: diutius assedit Gaietæ Alfonsus; sed plenissimam victoriam obtinuit, cum resipiscentes rebelles beneficio potius, quàm armis actos, ad sui genua habuit prouolutos. Humanitate

suos

suos fecit muros, & quod maximum est, suos ciues. quare integer ille triumphus fuit, qui belli seminibus consumptis, mansuram pacem spondebat; & ciues ciuitati, Regiq; seruauit; qui si subditos perdidisset, victoriam pretio suo vacuam, infaustumq; triumphum consequtus esset. bello subigere, est domesticos hostes quęrere, perpetuumq; armorum pondus sibi imponere. clementia illa sola est, quę non inuidos parit amicos, & ab armis pollicetur tutò discedere.

Purgamus squalorem in fontibus, & miserias nostras in clementi Principe deponimus. hic nos tergimus, hic sitim ingulamus, hic sensus nostros reficimus; hic infractam quietem, & nulla metus specie imminutam lætitiã captamus; nullos vortices, nullos sinus, nullos anfractus clementia protegit, plana omnia, syncera omnia; in hoc intuemur. meticulosam vitam viuere, anxiam ducere, spirare precariò, impensius ipsa morte degrauat; quam non pauci beatissimam salutabant, tardam exprobrabant, occupabant cunctantem, tanquam illam, quæ

quę meſtas tyrannici dominatus lar-
uas diu, noctuq; ſe obtrudentes, cri-
piebat. non iactatum animum, nu-
lliſq; ſpectris confuſam mentem, ſed
hilarem, contentam bonis ſuis, mo-
deratum duntaxat regimen præſtare
poteſt. ſub leni enim dominio nihil
ſubditum concutit. fortuna ipſa, quā-
tùm aſpera, quantùm crudelis, ægrè
ſuas vices exercet; mordet, ſed non ad
magnitudinem furoris ſui; vulnerat,
ſed notam adeo profundam non in-
fligit, quantùm rabies intenderet. ip-
ſius virus, ſi non extinguit, ſaltem
mitigat lenitudo dominantis. ad hāc
igitur cateruatim cōfugiunt populi, ad
iſtius vmbram placidè recumbunt, ad
tam ſuaue murmur omnes animi con-
quieſcunt, huius innoxiæ poteſtati ſe
committunt.

Nicienſis Ciuitas in Italię radicibus
ſita, Galliæ contermina ab Andien-
ſibus, qui proximam Prouinciam ſu-
begerant, armis petebatur, Ladislaō
Rege vrbis domino à Neapolitani re-
gni tumultibus lōgè diſtracto; Niciē-
ſes diſcrimine moti delectos Regi alle-
gant, ſi non ſubſidia, ſaltem manu-
miſſio-

missionem impetraturos, annuit Rex, vt nouam tutelam præter hostilē quærerent. Exauctorati de conueniendo Principe diù agitarūt. debile fulchrū, si hærerent, spōdebat Respublica Genuensis diuturno cum Venetis bello exesa, & tributis penè accisa. à Mediolani Duce validiùs spectabatur adminiculum, sed ipsius auiditas continuò bellandi, & inexhausta Principis cupido Italiæ iugum imponendi, tantùm aberat ab alliciendis populis, vt potiùs veteres subditos assiduis vexationibus auerteret. Comitum Sabaudiæ regimen, quia incruentum, ideò æquiùs visum est: huius igitur subire dominium vniuersi censuerunt; nam in horum Principum clientelam alia Italię loca vltrò cōcesserant, nec acti pœnituerat. innatā humanitatem rumor deferebat, ius dicere hominibus, viris dignas pœnas dare, bona spoliū non facere, imbecillitati indulgere, labentis naturæ misereſcere. ità ad eos spectare expiare peccata, vt scirent à mortalibus omninò a beſſe non pòſſe; ideò in subditis plectendis morem gererent clementiæ suæ.

Sicut

Sicut natura humana nihil magis execratur crudelitate, ità nihil propius respicit humanitate, ad quam decurrimus, non ratione moti, sed indole perciti, causamque mites viros amplectendi, & sęuos declinandi intrà nos condimus. Certa igitur clementia est trahendi ad se humanum genus, quod non potest ad ipsam nō conuolare, si alicubi refulgeat: latent intrà nos igniculi, qui similitudine splendoris euocati, illuc nos properare solicitant, & stimulis naturæ acti cognatam adire virtutem, non monemur, sed irritamur, pungimur, & vehemētissimis stimulis cogimur. quid infensiùs armato hoste summouendi fines studioso? secum ruinas trahit, & per offensiones propagat imperium. attamen si clementiæ semina spargat, vel in ipso hostili solo liberaliter pullulabunt. clementiæ nomen hostilitatem emollit, placat vlceratos spe futuræ valetudinis, quæ integra à mansuetudine resumenda est. Nam afflictio grauis esse non potest, quæ breuis & per necessitatem illata, diuturna gaudij materia sanare dolores promittit,

Turbant

Turbant nimbi fontes, quos eadem dies, vel subsequens declarat: ardent etiam mansueti; sed ira citò deferue-scēti: ideò ea nos formido non concutit; è qua securitatis argumenta licet depromere.

Alexander Macedo sanguinis flumina pcurrere iussit in Perside. Caucasi montis verticem cumulauit cadaueribus, vt in omnium oculos ingererentur horrores: Ferociter depugnauit, crudeliter vicit, & humanè victoriam prosequutus est; aduersarij matrem captiuam, pro parente veneratus, filias non minus sanctè, quā sorores habuit, à Darij coniuge pulcherrima pertinacissimè continuit; deditę vrbes nihil hostile expertę sunt; bellum cum victoria finiuit; prouinciarum florem non fœdauit felicitas triumphi, quàm vincentis continuit clementia, regium duntaxat nomen demutauit Persis, nec non etiam sub præsenti moderatione expectabat meliora; ad summum ipsius mors plus Asiam turbauit quàm certamina Sisigambes, quę patrem, & octoginta fratres ab Ocho regum sæuissimo cæ-

ſos conſpiciens, par tanto dolori fuit, queq; Dario filio ampliſſimi regni faſtigio deiecto, mox extincto ſuperfuit, generi Alexandri funeribus ceſſit; innatum robur vincente eccellentia doloris. adeò arctè animos obligat clementia, vt morte non dirimantur. cōiunctiò ſanguinis nos obſtringit parentibus, quibus, & ortum, & longæ educationis prçſidia ætati teneræ excubantia, debemus. at ſuper hçc omnia clementiam Principis adoramus, quæ, quod laborioſæ vitæ reliquum eſt; iucundè protrahi curat. illi adultos nos deſerunt in ærumnas magis quàm ad felicitates procliues; iſta noſtrum impendit tutelā, cum miſerijs magis vrgemur, & aſſerit. Ideò meritiſſimè exquiſitius reputamus beneficium, quod proceſſum vitæ tuetur, quàm quod procurat exordia.

At quis crederet clementiam longo vſu deflореſcere, & meritas laudes ſçpiſſimè peruertere, tùm potiſſimùm, cum longa affligitur conſuetudine, à qua in vitium deducitur. vni quidem bonitati, ità inſerta eſt, vt videatur huius ſurculus eſſe, & quædam veluti

appendix. attamē illam decet ab hac aliquando diuortium facere; nam, si illi semper hæreret, tandem futilis, & ridicula magnarum potestatum alūna euaderet, & inter despiciētias marcescens decus suum fœdissimè corrūperet. non omnes capiunt fontium delitiæ, aliquas potius naturas discruciant, & quædam corpora inter illas amænitates diriguerunt. vnum hominum genus, sicut discordes induit imagines; ita genium diuersissimum nutrit, quem simplex alimentum non instaurat. neq; tantùm fastidiosa mens in diuersa rapitur, sed dissona corporis nostri compago hanc nobis necessitatem iniecit, vt modò recrearemur frigido, modò algentem intemperiē expugnare calido tentaremus. murmur dilabentium aquarum in nonnullas aures iniucundè detonuit; illustris puritas intuentium spiritus confudit, degrauauit stomachum potus, & viscera ad horrorem coegit. crudescentia tempora suauitatem asperant, & fędant oblectamenta rigoribus, mollitiem gelu indurauit hyems, & facilitatem pertinaci soliditate consumpsit.

psit. quare non vnum ergà diuersa mala concinnauit remedium natura, sed hæc plurimis, & præsentibus studuit leuare antidotis. accommodauit fontes temporibus, & varietati morborum composuit opportunos. non enim duntaxat frigidos, sed feruentes edidit, comparauit illos sanis, integrisq; corporibus, istos ad profligandas ægritudines instituit. Lenitas enim sanitatem demulcet, & placiditas moderatis conducit temperiebus; inualetudines mordentia corrigunt, & morborum impetum medicamenti infringit acrimonia. quandiù conseruationi nostræ indulsit natura, in delicijs exstruendis tota fuit, vt necessitates non sine delectatione, & iucunditate expungerentur. cum morbos profligare constituit sulphureo putore pulcherrimum elementum inquinauit, ignem miscuit: submisit frigiditatem calori, acerbitati dulcedinem, obscuritati splendorem: euocauit sordes, & strigmenta ex abyssis, & spurcissimo luto aquarum puritatem temerauit. vt intelligeremus vitia non tolli, nisi irata natura, cum placida aduersus illa

non proficiat; eam enim imbuerunt malitiam, quæ indulgentia, & benignitate gliſcat, & inſolentiùs recrudeſcat.

Inter benignitatem, & ſæuitiam diſtributa mediat clementia, ex vtriuſq; conflata non eſt, cum peculiarem animi affectum ex ſe ſola conſtituat. attamen per ſe ſola conſiſtere nequit, nec tutò incedere, niſi ambabus innixa. hinc facinora ſua, modò vni, modò alteri aſſentiens, egregiè perpetrat; nam ſi ſola procederet, per diuerſos calles delaſſata claudicaret, ſi ab vni⁹ bonitatis comitatu aliquando non diuelleretur mollis, & laxa flaceſſeret, & ſuæ maieſtatis pompam facilitate corrumperet. Verùm, ſi in ſeueritatis contubernio ſemper eſſe vellet, ad rigiditatem omninò deflexa, paucis accepta, multos terreret. faciem quidem geſtaret excultam, & decus ſeruaret inuiolatum, ſed vni timiditati cōtemplabile, amoris ornamēto omninò exutum.

Magna natura Princeps eſt, cui mādatur corrupto multitudinis appetitui obſonia parare, quæ non tantùm ad guſtum

gustum cuiuscunque palati adornanda sunt, sed exactè pensitandum, quenam stomachus regere possit, ne in eum ingerantur, cuius proteruiam, & contumaciam intendant. quosdam enim ventriculos temperauit frigida, alios algenti humore corruptos calida restituit, cunctos lædit excessus, & temperata defendunt. prauæ mentes beneuolentia Principis ad scelestiora abutuntur facinora, & nonnulli per per vetitos calles auidiùs progrediuntur, quos tritos, & inoffensos, nullisq; sensibus impeditos vidēt. quod si verbera, sectionesq; sentirent, illicò pedem retroferrent, in posterum punitū iter non tentaturi. si vna rerum facies obijceretur dominantibus, nulla virtus eos decentiùs bonitate imbueret; quæ humanitatem sapit, & in Principe eò magis excellit, quò parcere, imperium signat. quid enim præstantiùs, quàm nobile munus, ad quod perueneris, cū suis attributis dispensare? at homines non in vniuersum custodiendi sunt, sed peculiari solertia cuiusque curationi incumbendum est. discordant inter se capita, in diuersas sentē-



tias scissa multitudo plicatur in virtutes, vel in vitia. non eodẽ igitur vultu omnes excipiendi, sed nec diuersis componendus est; nimijs enim mutationibus laboraret principatus maiestas, si ad vitiorum, & virtutum numeros, & gradus diuersimodè se fingeret.

Natura duplici fontium genere toti mortalitati suffragata est; in frigidos, & calentes distinxit; quorum illi æstus mulcerent, isti attritum, & maceratum calorẽ exsuscitarẽt. frigida aqua videtur quodammodo excolere naturæ opus iugulando sitim, cui viuentia obnoxia sunt. ità vt ex composito fabricata sit, vt occurrat curis, & laboribus assiduis, inter quos vita dispẽsatur. Feruentem aquam *infelicitas* expectabat humana, ad quam noster ortus nos damnauerat. paucis enim incorrupta sanitas obtigit, quã à maiori hominum parte descisere fata vrgent. ideò hoc duplici remedio nostris malis consultum est: neque plura quærit in Principe humana Respublica, quem in primis clementia redimiat necesse est; hæreatq; continuò

ista

ista magnatum potestatum comes, nec celsæ frontes hunc vnquam enubilent nitorem, quem turpè est, vel paruulo næuo infici. circũsistat Principis animum, vestiat vultum, afflet subditos, sed non semper eodem spiritu, respiciat errores, nunquam diuersa. intuitu tamen dissimili: hanc dissimilitudinem inducant, non Principis genius, sed mitia, vel grauiora peccata. tractabilia ingenia, & ad non mentitam pęnitentiã prona deliquisse verecundia abundè corrigit, & benignitas Principis figit erroribus metã. proteruas verò mentes animaduersio contundat necesse est: crimina nolentibus luat, conscientiam multis depuret, & ad nouas culpas recidat audaciam.

Principes, quos superiùs elargiendis pænis faciles memorauimus, seuerissimè etiam mulctauisse comperimus. Ludouicus xii. qui iniurias Aurelianẽsis Ducis exequi noluit, & In se tàm seuerum ostentauit benignitatis exemplum, adeò acriter sub sui regimine nequitiam, & scelera vindicauit, & pænis facinorosos homines implacabilis

addixit, vt aſper, & difficilis ad hominum recordationem tranſiuerit. an putas rarò condonare, caracterem eſſe, qui crudelitatem inſcribat? prorſus non crudelis eſſe poteſt Princeps, qui remiſſiones non nouit. peccata enim ſine librata eſtimatione danda non ſunt; nam tempora (quibus potiſſimùm Principes ſeruire debent) ſępè incongrua ijs largitionibus ſunt, multoties exemplum, quod plures attingit, miſereri vetat. ſemper poſcit ſibi iuſtitia amplitudinem reatus: innocentium iacturæ reparandæ ſunt, & ad malum incuruata natura non poteſt, niſi ſeueriter retorqueri, vt flectatur in rectum. ſuperſtitioſa tēpora ad regnum euexerant Ludouicum, quare non omnibus ſe credere tutò poterat, nec mitigatus offenſas reſpicere. obieciſſet illum periculis indulgentia, aſſerebant ſupplicia, & teterrimarum reciſione ceruicum caput ſuum præſtabat incolume, ſubditiſq; conſulebat, quos non deferebat inultos. ſic vltione, & pęnis ſibi, regno, ciuibus turbidos dies dilucidauit.

Quis

Quis patrem erga filios clementem non reputauerit? hoc nomē vltro subditi Ludouico approbarunt: vt conijcias nunquam posuisse clementiam, cum de omnium consensu clementiæ innatum iniuerit nomen. Pater, quem natura facit, abdicare clementiam potest; quem electio instituit, certum est, nihil vnquam egisse iniussu clementię; alioqui irrogatum titulum electores deleuissent. Talem Neronem promulgarunt exordia dominationis, dein processus tyrannum sanxit. Ludouico Imperij duratio cumulauit encomia, quamuis inflexibilis puniuerit, quià nunquam clementiam exuit puniēdo, cuius munus non est iustitiam lædere, sed cauere, ne detrimentum capiat. seueritatem oderat Ludouicus, & ipsius vices implebat, ne iustitiæ nimis deberet, cuius exactissimus protector minuere se ipsum per rigorem non potest.

Bias mortis sententiam pronuntiaturus largissimis fletibus indulsit, humanæ naturæ condolens miserijs, cuius lachrymas quasi vesanas cuidam exprobranti (cum esset ipsi integrum

absoluere, vel plectere, postetq; pari vocis dispendio mortem, ac salutem renunciare) ait, hos gemitus facilis natura, & ad miserationem procliuis exigit, iustitia verò sibi poscit iudicium, cui non morigerari inhumanissimum est. Vide, quod nullas clementis Principis partes non egit. alienis pepercit calamitatibus, & iura nō libauit; maluisset non mori reum, quem morti vouebat; pronunciauit in scelus, hominē absoluisset, si potuisset disiungere. sed sicut nefarijs viris confusa sunt crimina, ità clementiæ insinuata seueritas est. illa hominem iudicat, ista peccata condemnat. necesse est, vt in nequitiam clementia seuera sit, homini compatiatur, cui tamen veniam non det, nisi illam excludat. quod si hanc excernere nequit illo integro, ambos perdat, nam non conuellere malum, Principi inclementissimum est.

E Pisanensi agro scaturit thermalis aqua, quæ lento stillicidio apicem capitis verberans, surditati medetur, tāto estu deferuens, vt quælibet gutta supra cutem effusa, illum inferat morsū, quo ignita lamina ferrea discruciaret,

attamen nulla vstione capiti illata, ità vt non cutim, non capillos exedat, sed nec apparenti nota signet, suas vires profundè demittens in causæ morbificæ absumptione, ità totas exhaurit, vt videatur ex composito eas in morbum destinasse. temperare nequitiæ Princeps non potest, subdito potest, scilicet aduersus nefarium ità se gerere, vt vitium ab eo seponat, & sic mutilando integrum reddat. cautiones, tunc omnes in peccatum adhibet, peccantē non afficit. leuis enim animaduersio emaculat persæpè animos, imò verborum sola detergit blandities, ipsaq; remissio culpæ multos castigauit, arctissimisq; habenis peccandi audaciam perstrinxit. At, sicut deploratas surditates illa aqua nō submouet, causamq; fixam non amolitur, ità remedia, quæ non exulcerāt, omnibus morbis præsentia non sunt. hoc tamen discrimen Principi cum natura intercedit: ista si morbum eradicare nequit, tolerat, nec tolerantia iniusta est, cum non vltra ægrotantem sæuiat, quem leuare non se obstrinxit, nec omnibus ægritudinibus suppetiari humano ge-

neri spopondit. indulgentiam verò Principum arguit Respublica, quæ se illis hoc pacto credidit, ne mēbra sua infirma remedio frustrarent. nā morbi vexant tantùm, quos possident, scelestorum facinora in alios cadunt, distorquent innocentes, & in vitij communionem malè moratos vocant, cōtagione sua, vel integros animos afflātia, pessimo exemplo ad malum solicitant.

Vindicādæ igitur vnius mulcta Respublicæ sunt, nec permittendum pesti, vt serpat, & si faciles admonitiones nō proficiunt, conniuendum non est, sed tentandæ asperæ. surditas animi, vt illa corporis remedijs defuncta, omitti non debet, sed pungenda, vellicanda, inurenda, & si occaluerit, penitus demenda, atq; illa scelerum soboles, ne latiùs propagetur, maturè suffocanda est. Apud Ludouicum XI. XII. flexibiliorem prædo homicidij mulctam deprecabatur, scilicet facultatem vlterius grassandi. bonus Rex inter iustitiam, & benignitatem destitutus de sicario conquerebatur, qui iàm ter simili postulatione ipsum tentare ausus,

libera.

liberalitatem suam nouis necibus in dies vrgeret; adstantes, vti mos est, simulatè questum regis non capiebant, qui non fefellit scurrę aures, multò minus animum nulla infirmum adulatione. homo, vel in ficta, vel vera stultitia, loquendi libertatem nactus, inquit, trium homicidiorum primum grassatorem postulat, reliqua duo te criminātur rex; nam si in tempore occurrisses facinoroso, duos nouissimè interfectos seruasses. vide, quantùm à se declinet clementia, quotiescumq; à iustitia deerrat. voluit vnum asserere, duos perdidit, & in plurium interfectionem conspirasset, ni scurra peccaminosam bonitatem regi obiecisset. quare nisi clementia seueritatem præmittat, crudelitas illam sequitur, & impotentiam suam accusat, quæ dū iniquis viris non intercedit, subditos suos nefariorum prædæ destituit. quanto clemētiùs illicò processisset Rex ad latronis perditionem? nam si seueritatē vsurpasset, immanitati locum non fecisset. sic incautè administratæ virtutes in vitia degenerant.

Nulla liberalitas minùs conspicua est, quam quæ in aliena re se ostentat · dare quod se non respicit, est suum alicui diripere. plus tollunt Principes subditis, quam de suo elargiantur, cum delicta prodigunt. vir virum peremit, sauciauit in Principe iustitiam: à populo hominem sustulit, vxorem, filios, affines, domum, ciuitatem violauit. spectat ad Principem omnes istos vindicta pensare. non vlciscitur? lædit. donat iniurias? de suo parū, de alieno multùm. quare non enituit hic clemētia? quia plures affecit quam subleuauit. omnium querelæ hāc iustè petūt, delationes omnes prodigalitatem istā æquè deprehendunt. reum verò puniuit? clementiæ opus fuit, quæ dum in vnum seuerè declinat, in tot se benignè diffundit, ideo virtutem sapit pluribus gratificari. quod si afferas, seruare proprium esse excellentis fortunæ, iàm audisti seruare multos, qui plectit. sed seruemus etiam reum, ità tamen, ne secundum veniam grauia, & recentia crimina nouam indulgentiā sibi promittere possint, & ille non tantùm venerabundus supremo procumbat, sed

etiam

etiam animum suum facinore suo afflictis frangat, illatamq; cladem, vel precibus, vel pecunia, si opus est, redimat; alioqui nunquam reiectæ, vel omninò impunè supplicationes acceptæ clementiam penitus destituunt; non secus ac multos fontes æstiua ariditas decoxit.

Collecta ex pluuijs aqua, & sensim in alueolum desudans, fontes constituit, qui cum multo interuallo ab imbribus non refocillantur, bona sua consumpserunt. quos verò perennis vis concitat, ij, vel auaro cælo, alacres decurrunt; nam illi mutuatū profligarunt, isti gentile bonum contribuunt, Princeps subditorum offensas temerè dilapidans, clementiam suam citò exhaurit, quę multoties larga profligatione contaminatur: è contra verò se inultum patiente, vberrimæ, & inexhaustæ benignitatis argumentum est, illinc profilientis, quò iniuriæ decubuerunt, quæ cum prouocent clementiam, quam solent obruere, perēnem inibi latitare venam designant, quæ fontem non patietur arescere.

Dux Sandomiriensium depalmatus

excu-

excusauit in cædente bilem, quam incalescentia ludi, & aduersæ fortunę indignatio concitauerant; non modò pœnas non irrogans, sed nec ab amicitia seponens eum, qui tam grandi facinore maiestatem suam polluerat. obruisset colaphus clementiam omnē in perculso vultu, ni illa ex iugi compositi animi fonte processisset, qui nō duntaxat venia percussionis purgauit maculam, sed in æternę gloriæ notam permutauit. cæterùm seuerissimè in latrones, & homicidas animaduertebat, ad quam etiam laudem peruenerunt Philippus Macedo, Alexander filius, Iulius Cęsar, Henricus IV. & alij cordatissimi Principes, de suis iniurijs liberales, in alienis auarissimi; verborum insolentiam, regij thesauri expilationes, lacertorum robur in se adhibentes non frangebant, aut supplicijs prosequebantur (debellatos) specioso benignitatis exemplo: priuatas verò causas pertinaciter protegebant, ne eam clementiam vulgarent, quæ ex alienis bonis conflata non se cōmendat, & sub ipso contrectantium iudicio consueuit difilire.

Nihil

Nihil monſtroſiùs elucet in fontibus, quàm eodem ſitu frigdos, & calentes emicare: cur ſemina tàm hoſtilia in anguſtijs deprehenſa non ſe opprimant? quomodo ea vniuit natura, quibus nullum reconciliationis momentum eſſe voluit? Pijſſima mater in hominum ſalutèm erecta, nihil non tractabile facit, & in ijs, quæ nos tamquam miracula attonant, ſui venerationem quærit. hanc apud populos aucupatur Principum clemētia, ſed integra, & nullibi lacerata. talis viguit in Iſabella Hiſpaniarum Regina.

Hiſpanus Eques tabellionis fidem præmijs afflxit, vt opus ſuum in ſcripturis adulterandis ſibi nauaret. mox falſarium adhuc ſcelere calentem in propria domo peremit, vt turpe facinus cū auctoris morte ſepeliretur. Diligentia optimæ Reginæ, latebræ detectæ ſunt, inquiſitum in reum, cum omnibus ſuis attributis emerſit veritas, ad quam celandam nulla ſcrobs ſatis profunda eſt. ſtatutum ſupplicium videbantur poſſe peruertere quadraginta millia nummorum aureorum, quos

rei

rei salus spondebat. stetit pro iustitia Regina aduersus hanc promissorum molem, & viriliter sustinuit non sibi, sed illi, vnde petebatur, cadendum esse. pęnam dedit malefico: aurum, & omnia bona ex iure attributa fisco, concedenda filijs censuit. in hoc facto tota enituit, & vndique clementia. seueritatem, & benignitatem sociam sibi adsciuit, quia in decernenda pęna, non odium, non iram, sed iustitiam respexit, & misericordiam etiam, cum illã iustè promere potuit. occiso, occisoris funere, parentauit: subditos expectatione non fefellit, affinibus satisfecit, exemplo malos deterruit, probos recreauit, ab vlterioribus grassationibus proditorem omninò prohibuit; filios verò nullo peccati contagio inquinatos, miseriam, & paupertatem, cum morte patris, dehonestare noluit. Muneratur clementia, absoluit, vindicat, punit; semper intaminata virtus, si illi prudentia debitum bonitatis, & rigoris pondus addiderit.

TER-

TERRAE MOTVM INTER naturæ morbos recenseri, quæ à suis affectionibus immunis non est; atque ex symptomatibus corporis humani, conuulsioni per quam similem esse.

Caput XI.



AD penitiores receſſus, ſi viã non ſtrauimus, ſaltem ſcabroſitates caſtigare contendimus, nec non ipſa rerũ primordia, quantũ loci caligo paſſa eſt, ad lucem reuocauimus. quod ſi niſus noſtri omnia ob oculos non poſuerunt, nec ſic ambages expediuerunt, vt certam rerum fidem animis facerent, ità tamen ſtrophas enuclearunt, vt quos non implerent, ſaltem ſuſpenderent. nam, vel acria antiquorum ingenia dimouiſſe latebras, & vtcumq; excuſſiſſe, commendatiſſimum æternitatis duxerunt moni-

monimentum. est aliquid, noctis spissitudinē crepusculo diluere, & in nimbosa tempestate, si non diserenat toto cælo, saltem crassiores nubes pallenti sole rarescere. Quidquid tamē ad hoc temporis produximus, licet tot difficultatibus horrescens, hoc sanum integrum, & naturæ legibus obsequens est, nunc ad morbos diuertimus, & affectus, qui in naturam inuehuntur, scrutādos aggredimur. quod plenissimo consilio factum puto, nam cum morbus sit à sanitate recessus, exactè ille non poterat explorari, nisi priùs ista enunciaretur.

Consuetum est viuentia à naturæ legibus deflectere; inanima verò sanitatis iacturā facere arduum verbum dixeris; & tamen conspicuum fit tellurem ipsam valetudinariā esse, affectionibus succumbere, morbis cōflictari; ità tamen, vt tota moles ægritudinis incommoda simul non sentiat. per angulos insultat infirmitas, sensimq; dū in vno extinguitur, exultat in aliū. sic totum corpus malum perambulat, & partes duntaxat laborant, neque labor contemnendus est. tremit terra, stabili-

ſtabilitatem ab origine nacta; quare dubium non eſt, affectionem hanc aduerſari naturæ, dum naturæ labat fundamentum. quam ægritudinem nullæ præcautiones anteueniunt, nec emendant remedia, attamen, quia deſperata iuuat etiam indagauiſſe mala, concuſſæ terræ cauſas penitiùs adibimus, ad quarum extirpationem, ſi non ſuccurret præſidium, id ſolatij reportabimus: cauſas nouiſſe. lenit triſtitiam doloris originem ſcire, nam ignorare ſymptomata, corporis morbus, & animi eſt, qui ignauia vritur, perquiſitione rerum exhilaratur. tunc enim homo totus afficitur, dum ſuum neſcit affectum, cuius ſpeculatio vni parti medetur, & ex duabus ægritudibus vnius curatio, ſi non integrum, minus tamen fractum præſtat.

Adeò fallunt pondera, quiqus libramur, & tam incertis adminiculis conſiſtimus, vt ea, quæ corpus humanum ſuſtinent, frequenter deijciant. ſpiritus, & humores, qui vitam abſoluto miniſterio diſpenſant, per vices vitæ functiones atterunt, & conuellunt. humores, vt plurimum medijs vaporibus

quos

quos inhalant, corpori infesti redduntur; nam vapores, cum fixari in parte nequeant, sed natura vagi incessanter nouos aditus quærant, cum primũ subleuantur, extra corpus fugam præcipitant, ductibusq; non interceptis, tacitè egressum suffurantur: in occlusam verò viam insolescunt, & obstrepunt, & tãdiù mẽbra quatiunt, donec exilientibus decesserint. verũ, cum ex vaporibus alij solitarij sint, alij humorum fomitė hęreant; hinc fit, vt illorum impetus subsidijs destitutus, statī emoriatur; isti verò nouis viribus instaurati diutius furant. nam exhalationes: quæ humorum antesignanę sunt, & prodromę, intensius feriunt, lentè abeunt, & frequentius regrediuntur; & tandiù intermittit vexatio, quandiù regenitus halitus obiecta sibi viscera reperit. magnitudo affectus à tribus exquiritur, videlicet à conditione humorum vapores extrudentium, tenuium, crassorum, & efferuescentium; à vaporum globo denso, & furenti; dein à vulneratis partibus, prout obductæ, & constipatę exhalationes inter claustra coercent, & aditum moræ impatienti-

tientibus recusant, quæ viarum interceptio tanti momenti est, vt omnes penè morbos sibi adiudicet. nam sanguis, vel putridus, commeantibus exhalationibus, febrem non accendit, quam remoratæ, etiam in integritate humoris, sęuissimam inuehunt. tenuis aura à talo, vel digito euulsa superiora scandens, in cerebrum grassatur, totumq; corpus cogit rigescere, quam si in transitu cutis euaporaret, mortiferum malum pręuerteret.

Insensibilis tellus nunquam tota succutitur, vti corpus, cuius partes mutuo aguntur consortio; illius igitur éa duntaxat horrescit portio, quam morbifica causa corripuit. cęterùm terręmotus conuulsiuos corporis motus bellissimè ęmulatur, & planè mentitur. nã in hoc generantur halitus, terraq; stipatur; Hanc igitur peragremus, vt omnia adamussim expendamus.

Tellurem laxatis intus compagibus pertusam, scrinijs, & thecis excauatã, satis luculenter adduximus. quod verò solidum stat, ventis, halitibusq; vsq; ad intima obuium, perpetua testatur euaporatio. non tamen omnes terræ

candem

eandem soliditatem inierunt; aliæ enī compressæ sunt, adductæ, & tenaces, aliæ patent malèque sibi cohærent, vermes, & mures, & huiuscemodi animalia in ipsis firmioribus visceribus excipientes. rursus per anni tempestates spiratus stringuntur, vel ampliantur; angustantur sicco, laxantur humiditatibus, ex quibus omnibus suam terręmotus auspicantur originem. nam, vt sępè probatum est, terræ latebras ventus, aqua, aer, & ignis insedentes, mutuis rixantur cōcursibus: ignis quippè effusus in cętera, cunctis astans, & omnia complectens, sublimia, ac infima incessanter voluit, & indeficientibus procellis, priùs turbans, quàm componens, naturam egregiè curat. hinc pręlij insignia, videlicet euaporationes emicant, quibus difficilè, & refractarium solum arietatū horrendè concrepit, & eos iudicamus crepitus à simplicibus, & destitutis processisse vaporibus, quos temporis finit angustia. nam manentibus, & diuturnis assistit humor, qui exhalationes reficiens, pugnas instaurar, & bellum protrahit.

Celerem illum, & fatalem quassum, impulsum fuisse ventorum personat aer, qui per multos dies antea silebat, & post tremorem; tùm primùm sibilat. fracto enim carcere, in terrçmotu, venti ruunt, & aera concitant, qui si in spatiosa aeris regione ità aguntur, & tanto murmure fremunt, vt superficiem radant, arbores reuellant, ædificia prosternant, & ipsa montium capita decutiant, quantò acrius frendēt in loculis, & claustris inclusi? non ne latera, & summa, & ima scindent, horribiliq; fragore largos sibi iubebūt hiatus, summouebunt terminos, & trepidare, & cadere circunstantia cogent? quare non multùm hærebimus in terræmotus causa exerenda, quæ proculdubio spiritus est, ab aqua, igne, vel vtroque traductus, vel in ipsa terra, ex impedito effluuio temporis tractu congestus.

Exordiamur igitur ab ijs terræmotibus, quos inconcomitatæ inferunt exhalationes, qui nullis ferè parcunt terris, & interuallati tardè recurrunt. hos longæ siccitates, & squalores, & ventorum portendunt silentia. non ego

tamen ventos se in terras abdidisse credo, paulatim scilicet subingressos, mox totos erumpere. ascendunt quippè venti non cadunt, nec terræ spiramenta occupata, & infessa, ijs fores, ingressumq; permittent, nō è sublimi, sed è profundissimo, mali tanti origo procedit.

Diximus, cum de terris loquuti sumus, ipsarum exta fumosa esse, continuatisq; spiritibus aera lacessere; qui per tenuuia densi corporis spiracula euadunt; hos in vapores, & fuligines partimur, quæ calentes, feruidæ, & impetuosæ, terremotuum potissima causa reputandæ sunt: spirant istæ ex subterraneis ignibus, fornaculis, & vrentibus locis, quæ quomodo aliquandiù cunctentur otiosæ, & intercipiantur, subdam.

Quatuor facultatibus corpus humanum in suis operationibus defungitur, attractrice, retentrice, concoctrice, & expultrice, quæ quomodolibet violatæ peculiaribus detrimentis afficiunt: infirmata expultrice totū corpus prauis humoribus scatet, ijs retentis, quæ vsui non sunt. verum aliquando

expul-

expultrice integra excrementa non exploduntur, meatibus, spiramentisque obstructis, vijsq; septis, terræ functiones nonnunquam inquinari non inficiabitur, qui, & cælorum incolumitatem eclypsibus, & cometis labefactari conspiciet.

Vereor inter hęc, ne plurimi meam damnent sedulitatem, quę terrę cum corpore nimis scrupulosum inuestiget assensum, & quærant si ijsdem facultatibus ambo instrui velim, cur eadē instrumenta non proferam? exhibe, inquient, fibras rectas, transuersas, obliquas, quæ attrahant, retineant, & exprimant; alueos, & cuniculos profitemur discontinuare terras, nullis sanè lineamentis conspicuos. at quàm malè naturę cessisset, si illis, vti ventriculum, ità telluris cauos, & tubos adumbrasset? nam harum ope, modo se se adducit stomachus, modo in suprema torquetur, modò in infima cōuertitur, inquinatū à se, graueq; trudit, opportunum, amicumq; prolectat, quos motus certè non audebis terræ subscribere: licet has omnes rationes libenter recipiam; hæ tamen

nihil stupido terrarum corpori detrahunt, quod licet in hos motus se non torqueat, certum tamen est materiam ad se trahere, & transmittere. carnes etiam hisce lineis, aut fibris non interstinctæ alimentum sibi diripiunt, & excrementa eiectant. quidquid coquendi facultate præstat, etiamsi idoneis careat instrumentis, vtile sibi adsciscit, superfluum exterminat. sic è terræ centro humor, & vapores ad extima eleuantur, sic flumina ad altissimos apices tolluntur. experimento comparatum est sęculorum cursu firmatum, quo anno fontes, & flumina vberant, sterilescere solum, quod sibi non rapit, & dispensat humorem, quē per consuetos alueos intactum excurrere sinit: exhalationes in remotissimam sedem tendētes nisi valido igne pellantur, modò in itinere deficiunt, aut debilibus sistuntur repagulis, & cōsuetis vincuntur impedimentis, quæ lōgitudo, & flexibilitas viarum obiectant. Terræ calor subordinatus cælesti has impellens, non semper idem est cum per annos debilis, validiorq; consistat, prout à syderibus varia ro-

tione

ratione se circumagentibus, & influxum mutantibus, non semper eodem modo iuuatur, vel in ipsa terra alimēto destitutus ipsius non implentur ieiunæ vires. sic in tanto causarum fluxu virtus illa terrarum ministra, non secùs, ac humani corporis calor effæta, & emasculata languet, virilibus neruis non exequens mandata, nec voto respondens. non igitur eiaculātur extra terram fuligines, aut vi explodente proiecta, & eneruata, vel telluris superficie compressa. hinc fit, vt diù obmutescat aer, & reticescant venti, qui diuturno flatu vanescentes, non suffectis fuliginibus, gentili ipsorum materia, tandem marcent, & conficiuntur.

Hac materia tunc temporis grauidatur terra, quæ adulterini fætus breui pœnas luet. sui enim morbi causam tandiù in se alit, donec expultrice lacessita à se molestum, & superuacuum excutere tentet, vel fuliginum aucta copia, animum, viresq; assumat pulsandi cancellos. nam harum multitudo semetipsam acuit, irritat, compellit, accendit, agmen cogit, raptoq;

motu, hincinde excurſans fanatico tumultu vincula quatit, in cuſtodias deſæuit, ſubruit, lacerat, pertinaciq; pulſu obſtantia euertens, nexibus ſe eximit, remiſſiſq; habenis licentiam iactat; qua materia exinanita terra, turgeſcit aer, reſumunt ſpiritum venti, qui poſt terræmotum pleniùs ſpirant, & horrendo perſæpè ſtrepitu terras inundant, & maria.

In hanc tanquam cauſam communem benigniores, minuſq; moleſti terræmotus referuntur; nam qui focum, & mineram propiùs habent, læthales, & mortiferi ſunt. in proximo enim ſtabulans ignis, ſuperficiem telluris non tantùm fumo, & fuliginibus, ſed quaſi eadem flamma appetit, non ſecùs ac fulmen, impedimentum omne remoliēs, largo tumulo obſiſtētē cruſtam obligurit. aqua etiam ſubteruacantia loca obtinens, potiſſimùm ſi ex ijs ſit, quæ exhalationum vbertate pollet, denſioribus copijs, & conferta phalange conſcendens ſummum omne verberat; vrbes ſua voragine ſorbens, & abſcodens. iſti ex ijs morbis ſunt, quorum cauſa ad ægrum viſ-

cus

cus ſedens nunquam omnimodè expugnata recrudeſcit perplexas conualeſcentias, & deploratas inferens valetudines.

Horum ſapiunt naturam, qui Neapolitanum regnum multis in locis crudeliter dilaniant, cuius vrbes ſemper nutant, & tecta domorum muris perſæpè vacillãtibus innixa hæſitant. ſed quia ad has amęniſſimas regiones applicuimus, quarum delitias Deus hoc malo penſauit, ne quid extaret in hoc mundo vndequaque beatum, tam citò aeris, ſoliq; blanditijs, & illecebris, vel in periculoſa mora, non renunciemus.

Tantam iſtius prouinciæ felicitatē deterit ſalubris aquæ defectus; quam multa loca, ſed inprimis Coſſentiæ ciuitas potuſ ingratã, & viſceribus probauit infenſam. vndē accolæ ciſternis nimboſam colligunt, & in ſecundum annum deputatam, vtilemq; ſeruant. ſic deſuper cadentem bibunt; nã, quæ ſolo emergit, ſalmaſtra, malè palato reſpondet, & ægriùs ſtomacho obtemperat. Circumflua mari plaga eſt, & litoribus penè cincta in abdito pa-

tens vastis hiatibus pelagus allicit, quo spatiosè subterfunditur, & secretò tota alluitur. velim ea repeteres, quę de maris æstu dicta sunt, videlicet exhalationibus ferax has cōtinuò inhalare. qua de causa inania spatia fuliginibus stipantur, quæ cum supercreuerint, duro solo coercitæ lacessuntur, & quodammodo in ostium insultantes dimouēt, ac remolitis postibus effugiunt, quæ omnia rationi consona hoc sancit experimentum.

Cossentiæ vrbs crebrò excussa ciues persæpè somno, & quietè excutit. animi suspensio quosdam ad pulcherrimū erexit inuentum, vt scilicet in cælla vinaria frequentes puteos ad eam defoderent profunditatem, quam aquarū emersus pateretur. accidit intra paucos dies vapulare ciuitatem, domos alias dirui, rimari alias, vti exterrita multitudo in profugium intenta profitebatur. Timor omnes inuasit, præter refossæ domus habitatores, quos non quidem iactura aliqua tetigit, sed nec fragor, aut murorum disturbatio commouit, qui tamen ciuili tumultu exciti ad ænothecam contenderunt,

vt

vt cauos ſecuritatis inſtrumenta ſpecularentur, vbi immotis omnibus, maxima aquarum ebullitione, & ſonitu profundiſſimi ſcrobes perſtrepebant.

Ad ſummum etiam inanima laqueos refugiunt, ſedes exhalationum ſupera eſt, quæ in cognato aere ſe auidè diffundunt, in terris verò nonniſi deuinctæ, & ſubactę diuerſantur, è quibus cum primum anſam nactę ſunt, toto robore nituntur abſcedere, & ſe in apertum vindicare; vbi tellus propè ſuperficiem excauata eſt, læthali vulnere infligitur. tenuuior enim cruſta facilius conuellitur, & dehiſcit, ſpiſſa expugnationi diutiùs reſiſtit; ſed tandem poſt ſæuiores tumultus, & ipſa frangitur: quod ſi poſt concuſſionem perſiſtat, manente cauſa in morbum relabitur. hippochondria, atra bile, vſtoq; humore referta ſuperas partes interpolatè propulſant; nam identidē conſurgentes halitus cor palpitatione moleſtant, & cerebri menynges ad ſpaſmum terræmotui ſimillimum ſolicitant: ſanitas verò ad tempus duntaxat vindicatur, cum repullulare conſueuerit ęgritudo, donec ventriculus

prauis humoribus pollutus est. Feralibus minis, & tremoribus Calabria numquam eripitur, quia hostem viscera condunt, & duritia soli reluctatur exilienti, quę demum frequentibus ictibus oppugnatur, & infringitur.

Batauia, quæ maritimis fluctibus ità vacat, vt quod in ipsius terræ forami na proruat, in mare præcipitet; rarissimè tamen ingemiscit, & detonat, vel quia erumpentibus vaporibus non obsistit, quos laxior, & facilior humus demittit, vel quia halitus per freti superficiem remeantes ab obscuro se asserunt, & in patentia euadunt. quibus è contra degrauatur Calabriæ solum, quod pressum, intractabile, & ceruicosum vias obsepiens, & circunsistens exhalationum pondus omne in se trahit, & impetum concitat.

Vltimum addamus Colophonem. tenacitas soli, & exhalationum copia in primis ad terræ motum conueniũt, quas vel vniuersalis congerit dispositio intimi caloris irrequieta opera molientis, vel proximum mare, aut vicinus

nus ignis contribuunt; aut omnia, vel singula conspirant, prout vehemens, vel facile ineluctabile malum, vel medicabile præstant.



A TERRAE MOTIBUS immunis tellus non est, nec homines à bello, quod non iniquè administrabunt, si bellandi causas à natura mutuabuntur.

Caput XII.



Vnquam satis mentē nostram rerum implet origo, quæ quo magis in illa primordia nititur, eò longiùs ad naturę sinus recedunt, subtilitatem aciei altissima caligine illudentia. hinc fit, vt circa mundi exordia perplexiores in dies nos cogitationes incessant; vti me nūc acre desiderium adoritur. an scilicet pax, & quies mundum ediderint, vel prælia orientibus rebus circunfremuerint. si rixæ hāc molem euersurę sunt, consonum est, & ipsam eruisse; non enim dissimili fulchro ortus, & interitus recumbunt, cum statutum sit vnūquodq;

quodq; dirimi in ea, quæ primò illud excuderunt. finient igitur bella orbē, quia ipsum incæperant, & quem quondam parentes struxerant sæua tyrannide conficient. Difficultatis explanatio abstrusiores elicit; tūc enim magis sollicitamur arcanis, cum proprius naturam tangimus: cur scilicet natura in simultatum dominium mundum dederit? & cum ipsam luctationibus nihil magis affligat, assiduis certaminibus se permiserit, & opera sua à contentiosis inchoamentis auspicetur?

Voluit Deus, quæ æternitati struebat, pacificè emergerent, caduca rixosè consurgerent, ità vt pax perennitatis symbolum esset, bella mortalitatem portenderent: sic Angeli, & hominum animæ à principio pugnæ incapaci deprom ptæ, nullis temporibus colliduntur, cætera verò, quæ dimicationes prouexerant, rapit interitus. Hanc philosophiam homo intra se cōdit, qui hoc duplici principio coalitus, sentit putredines, & spectat duratura. Attamen, cum hæc noscat, & semet ipse huius assertionis præbeat exemplar, spes suas sistit in bello, ex

quo

quo affectat suarum rerum incrementa trahere, nec non ampliores felicitates colligere, & quod emotæ mentis luculentissimum argumentum est, quę mansura sperat, huic rerum euersori studiosissimè commendat.

Innumeri Principes immortalē prīcipatum in belli vastationibus quęsiuere;& cum ipsi met illud tractent, per quod omnia labant, censeantq; suum non produci imperium,nisi plura corripiantur, nec posse in prospera, nisi per aliorum miserias, euadere, cumq; obseruent, quæ breui manu corrumpenda sunt,ad illa perducere, quę sperant non discessura; attamen in tot fracturis solidum fundare credūt,& ex mortibus sibi ominantur non peritura.

Diù immotæ steterunt orbis dominationes, antequàm Martialis furor mentes lympharet. at post quam Ninus gentium otium corrupit, & impunitatem dedit rapinis,legem,sanciens, quæ iubebat Principum latrocinia, quo ampliora essent, intensiùs cōmendari, latioresq; populationes ad encomia, & gloriam adolescere; tunc cæperant

perunt imperia comminui, ipsaq; magis opulentia, & solidioribus stabilita adminiculis citius corruerunt. tunc vastissimæ monarchiæ fragilitatis suæ ediderunt exempla, & immensæ moles sub suo met pondere gemuerunt. nã quæ adeò integrè imperarunt, vt nullum sibi hostem in orbe reliquum fecerint, vt gentium omnium ceruicibus insultauerint, quibus scilicet hostium defectus triumphorum materiam sustulit, ipsis victorijs, suisq; met tropheis obrutę sunt. videlicet quia bellum molem conflauerat; inferuntur enim discordiarum semina in compagine illa ex dissidijs coagmentata, quæ tandem vberrimè progerminantia vastũ corpus in partes distrahunt; nec hominum consilia aduersus ruinas prouida sunt. non cautio, non librata mentis deliberatio ad tuẽdum potis est. dissident principia, machina nutat, seditiosæ basi innixa semper ad exitium inflexa sunt: vnicuique mortali magnitudini illa durationem perscribũt, quæ produxerunt. si bella cunabulis astiterunt, in suum finem citò exibunt, pax stabiliora condit.

Ideò hominē à rixis sepoſuerat natura, ipſi humanitatem indens adeò fixam, & inhærentem, vt ad arbitrium exui non poſſet. exarmauerat præterea corpus, ne hinc aliquod feritatis rudimentum traheret animus. nā dentes, & vngues ad vſum ſtruxerat, qui debilitates noſtras nos potiùs edocerent, quàm ad aliorum iniurias robuſtos facerent. eam inſuper mentē inieceràt, quæ mutuæ ſocietatis deſiderio flagraret; nam iucunditas conſuetudinis tædia mulcet. ſic homo vtitur homine, ſine quo, nec decenter viuere, nec honeſtè mori poteſt. infirmitates multæ nos circunſiſtunt, nec mēs ipſa aliena timoribus eſt, à quibus hominis auxilia, vel nos defendunt, vel inſeſſos liberant; conſolatur mentem amicorum præſentia, in quos curas conferēdo partimur. onera noſtra viuentes in alterutrum deponimus, mortui non leue pondus remanentibus ſumus. nos funera, nos ſepulchrum expectant: neſcimus, an peregrina, vel domeſtica tellus exceptura ſit. an barbari, vel parentes vitæ ſuffragari, vel morti parentare debeant. innata igi-

tur

tur nobis mansuetudo suadet, necessitas cogit, non duntaxat affines, aut notos, vel peculiarem hominem, sed barbaros quoq; & in vniuersum omnes humana effigie signatos non secus, ac beneficos summo studio prosequi: licet enim nunquam benefecerint, ij tamen sunt, quos vniuersa mater nobis fratres constituit, quibus egemus, qui iuuare possunt:

Omnes igitur vias intercluserat hostilitati natura, cum homini, vel ad defensionem sui, detrectauerat arma, quibus cętera animantia muniuerat, ne defensionem in oppugnationem verteret. malueratq; à nudo exprobrati, quàm ab instructo in se ipso lædi. iustumq; sibi visum est aduersus discrimina non confirmare eum, qui tutelare telum in sui perniciem torsurus esset: animis verò lupatum, vt ita loquar, iniecerat, cum ita obstrinxerat, vt bella in hominem nisi ingrati pararent. Attamen optimè matris solertia sine profectu corruit, eiusq; solicitudinem superauit nullis habenis regibile ingenium, perniciosiora fabricās arma, quàm ipsa vnquā excogitasset,

& ijs fortiora eligens munimenta; quæ natura quæsitiori struxerat industria.

Non igitur leuiter excitata sunt bella, sed iàm ipsa natura potentiora surrexerunt. quare cum hanc procellam ampliùs cohibere non possimus, saltē consonum est, vt à natura præliandi argumenta mutuemur, ne penitùs iniquè agere videamur, si naturæ legibus omninò neglectis, adoriendi impetum dumtaxat à nobis inconsultò capiamus.

Elementa licet vires suas validè cōferant, dimicandi formam dissimulāt potius quam pandant. nam conflictū à naturæ preceptis nihil penitùs dissidentem, non tumultuatio, non rumor denunciat, abditam luctam sensus prętereuntem mens quidem speculatur, sed non reuelat caligines, nec concurrendi modum, aut pugnę seriem obseruat. contrectamus mixta, miscuisse verò in abdito est.

In terræmotibus cōfligendi ars palàm elucet, quos si non ordinauerit natura, naturalis tamen exciuit impetus. inibi acuratissimo delectu adornatur

natur acies, diriguntur turmæ, prælu-
dunt ad bellum velociores, mox pro-
currit explicata frons, dein globus,
totaque moles ingruit; repulsos exci-
piunt subsidia, & integri fractos ad
bellum prouoluunt. repressis nulla
quies est, cum non valuit aperta vis,
in obscuro moliuntur, cuniculos suf-
fodiunt, hostilem terram atterunt, ad-
uersarij munimenta debilitant, ma-
turis dein rebus in nouos impetus se
præcipitant, scandunt, arietant, pro-
pullant, rimas confluxu dilatant, quas-
sus quassibus complent; foramina so-
licitant, atque longitudine belli inca-
lescentes ad bellum in recentem oppu-
gnationem fortiores recurrũt, semper
ex integro aggressionem instaurantes;
donec dehiscente solo, sibi cęlum ape-
riant; tunc quà liberior procursus est,
tota phalanx prorumpens, expugna-
tis munitionibus, arcem superat, &
tumultum victoria componit.

Horridam belli faciem in terræmo-
tibus contemplamur, & fugimus prę-
liandi verò artificium perdiscere ni-
mis nobis hærens infelicitas superua-
cuum fecit. satis furores nostri huma-

num genus ad plenissimam eruditionem agitarunt: nunquam magis versuti, & callidi, & exercitati sumus, quàm ad nostra mala. scientias omnes antiquorum præcepta in fururum stabiliuerunt, maius quidem lumen dies inspirauit, at disciplinarum fundamenta non tetigit, quæ adhuc sapiunt vetustatem, licet ex his ad vlteriorem lucem deducti simus: addita quidem speciosa multa sunt, de veterum verò axiomate nihil immutatũ, in recenti verò bellorum imagine nulla antiquitatis lineamenta supersunt. Romanos duces, si resurgerent tyrocinium distineret, fundas, hastas, pila, balistas, puerorum ludus nunc sibi deposcit. iàm nostrum est iaculari fulmina: elementorum fugacissimo carcerem dedimus, & impetuosa manumissione immanitati nostræ seruire cogimus. nostræ ætatis vulnera ferrũ, flammasq; vomunt, non ferimus, sed troncamus: ictus nostri non cadauera, sed busta faciunt. bellorum igitur ministeria frustra nobis obijcit natura, in quæ crudelitas absolutissimos perduxit. cuperem siquidem Princi-

pes

pes ex naturalibus, inferēdi belli causas depromerent, & naturam ad pugnas se comparantem imitarentur. vt saltem æquitas causæ excusaret immanitatem artis, & clades, & populationes quędam iustitiæ facies protegeret.

Rabiem suam exhalationes in terrā acuunt, & tanto fremitu indignantur, quia terræ pondus eas suffocat, & quasi iniecto fræno, volatui assueta corpuscula ingratissimo carcere premit. hinc fit, vt illata iniuria belli sæuitiem defendat. aliquam sensuum particulā recusauit natura vaporibus, verum ad libertatem tuendam visa est eos, & sensu, & cognitione, & viribus nobilitasse; iussitq; indefatigatis pulsibus custodiæ arcem effringere. nonne etiam impensissimo præcipientis labore cicurantur belluæ? grandiorem ætatē frustra verbera, frustra terrores fatigant. paruulas ignorantia libertatis regibiliores facit. Hominum erectæ ceruices iugo malè respondent. iustitiæ amor eos in aliqualem seruitutem flexit, indigenæ tamen dominationis, nam externis incuruari, nonnisi ab inuitis, & resultan-

tibus

tibus potuit obtineri; ideò immoderatas imperandi libidines,& ditionis suæ euadentes confinia, vt leges mortalibus scribant, æquissimo bello refutamus.

Vexores ægyptiorum Rex pacem primus temerauit, quam mortalitas ab origine sanctissimè custodiuerat: transgressisque Nili limitibus regnum suum ex naturæ præscripto designantibus, vicinos armis, mox remotos lacessens, latissima victoria propagauit imperium, & cum hoc possidēdi cupiditatem dominationis amplitudini excrescentem. victorijs onustus perrexit in scythas, præmissis tamen legatis, qui gentis otium, vel indictis legibus stabilirent, vel belli denunciatione turbarent. scythæ externi Regis aspernantes mandata, ferro decernere seligunt, & fatentur vltrò hostem beneficio demerituros, obuiam videlicet prodeuntes, ne itineris longitudo nimis delassaret, omnemq; mortalitatem erudituros, quantum vigorem armis iustitia conferat. Vxores tot gentium, & terrarum ad eam diem victor, vbi primum scythæ appropinquare

dicti

dicti sunt, eorum destinatione territus, aspectum, ne dum aciem regere, non potuit, sed florentissimum exercitum cum belli apparatu ad prædam desertans, pro victo cum paucis in ægyptū profugit.

Indulgentem fortunam ad id temporis expertus Vexores huius repentinam mutationem vereri non debuit; nec militum fidem, aut probatam virtutem habere suspectam, vt fugam expediret: multò minus ignotos timere scythas, nulla belli fama vulgatos, tūc inconditam multitudinem ad tumultuarium potius bellum procedentem, discinctam, rudem, sarcinis, & commeatibus destitutam. Quænam igitur improuisa terroris facies inuictum Regem consternauit, si species omnes aduersarijs tristes, pro se lætas præsentiū rerum status explicabat? sceleris conscientia insanum animum aliena expilandi cupidum afflixit. cæterarum nationum audaciam minacissima Regis verba deposuerunt, pertinaciores verò solus armorum splēdor perstrinxit: nullæ æquitatem appellauerant, aut cum animum cæperant, vt fortunam

sæpissimè auidos, & iniquos auersante periclitarentur. ideò Rex armorũ casus, quibus nunquam obiectus fuerat, nunquam expenderat, potius ad certos triumphos, quam ad agonem pergens. at cum intellexit aduentare scythas, iustitiam suæ causæ ad pugnam præmittentes, hanc antesignanam, nõ bellatores expauit. tũc cępit secũ voluere, à quonam mundi arbitrium obtinuisset: vndè in alienas terras potestatem nactus esset. an Deus hominibus imperandi ius sibi detulisset: vel potius tot expilationum vltor in sui exitium scythis esset adfuturus: venire hostes ad arenam prouocatos, non à dominij cupiditate in aciem produci non gloriæ auidos, non latrocinandi cupidos, in procinctu staturos, capessituros pugnam pro laribus, pro terra, quam sui maiores ab hominum ortu adhuc nemini mancipatam coluerãt; se verò ab æquitate iàm ante multos annos excidisse, conuulsos limites regionibus datos, vrbium direptiones, innocentium cædem, santissimam pacem terris expulsam ad cælos prouocasse, è cuius tribunali vindicta iàm immineret.

Tot

Tot igitur flagitiorū memoria iratorum Deorum conicia, horum fauor ad ſcythas pronus bellacis Regis emaſculauit animum, ſcythis verò lacertos adiunxit, & audaciam, qui Regem inſequuti, haùd dubiè regno ſpoliaſsēt, ni paludibus, & difficili aditu fines tranſcendere prohibiti, aliò impetum auertiſſent.

Non ſolùm aduerſus raptores, res ſuas defendere, atq; ad alterius fortunas anhelos à ſuis confinijs arcere, dat lacertis fortitudinem, & armorū aciē quodammodo procudit, ſed etiā gloriam contribuit, & immortalem famam ab hominibus frequenter repetitam. noſtram enim memoriam, quę placent, & iuſta videntur ſæpiſſimè retentant. ſi in aduerſa pugna cecideris, virtutem ſibi non deficientem vulgaueris, magna, & æqua auſum te victoria celebrabit: morieris igitur commēdatus, vel vinces glorioſus. è contra laceſſentem eblanditæ, vel coactæ laudes ſequentur victorem, infamia manebit eiectum.

Quæ fædior turpitudo magnum virum ſugillare poteſt, quam, cum ſe,

 auidum

auidum, & helluonem oftentauerit, famescentem recedere. ieiunas fauces nemo non ludificans suspiciet, vel loquetur maledicus.

Quot cōuitia Xersem è Græcia paruo lembo fugientem insequuta sunt? quanta exprobatione, & contemptu eum recepit Persis, quem tanto fastu dimiserat? numerosissima expeditione ad Græcos eā detulit palmam, quę illū aliena non ambientem, & pacatum nunquam exuisset. vna Parma Federici II. Imperatoris triumphos extinxit. erat in Pontificis partibus ciuitas, quam Imperator validissimis copijs premebat. pauca terræ iugera aduersus tot spatia, quę Federici exercitui suffragabantur, illibata steterunt, tantosq; iustitiæ protectio dat animos, vt obsessis potentissimus hostis euiluerit. quippè qui in apertum erumpentes vrbem victoriam tanto impendio, & solertia ab imperatore erutam, improuiso facinore superatam funditùs deleuerunt. vt intelligamus armorum iustitiam, vel munitas, deformare victorias.

Nullam terram seuerior tremor so-

licitat,

licitat, quam, quæ durior, & clausa subditam exhalationẽ obstinatissimè circunsistit, leuioribus pulsibus nõ decedit, & aduersus vehementiores nititur: aut aliàs iactata rursus se collegit, & ad nouum bellum obductis vulneribus vires suas integrauit. Asserere ex verò possumus, hanc auidam pugnæ esse, cum vel grauiter saucia rursus ad illam se comparet. duritiem suam sarcit, & laxitates coercet; ergo perire vult, non armis renunciare. at scias perituram tandem, nam sæpissimè petita, mox conuellitur, & cum obstinatione sua profundissimè tumulatur.

Vulgatum est adagium, qui durant, difficiliora omnia superare, verum à bello vinci. capitones si non emollit bellum, nouissimè frangit. armorum fortuna, quos triumphis non expleuit, tandem ærumnis, & morte saturauit; quibus victoria consuluit, prælijs temperare, fidam magistram habuerunt, æternè reuerendam; sed quędam ingenia humano sanguine semel depasta auidius obliguriunt, bella ex bellis serunt, & ex pugna prosperè depugnata ad feliciorem properant, nec magis

recreantur, quàm cum in hostili cruore natant, in suo breui suffocādi. quid contulit Alexandro tot homines discerpsisse, nisi vt ipse à stirpe interiret? Pompeius Orientē profligauit, & meridici victima cecidit. Imperatores penè omnes euexerunt militum voces, & manus trucidarunt. cæterę ætates placent marti, à senio summoperè abhorret. in adolescentiam grassatur, iuuentutem impatienter rapit, suam ducit virilitatem, quam prohibet ad senium excrescere, ne aut nimis facilis videatur, aut labores excusent ætatem, & prædam subducant.

Carolus audax Burgundiæ Dux nō minus administrandi belli, quàm sementem faciendi peritissimus, ad votū segetem messuit. Ducem Lotharingię, & Heluetios eò lubentius hostes desumebat, quo humiliùs bellum deprecabantur. leuissimę offensioni inexorabilis, ne in pacem, tanquam hostem sibi formidatum incurreret. inimicos igitur, qui nō erant, esse iussit, voluitq; armis dessuetos consuescere, & in Ducis desiderium liberalissimus euents fuit. nam experimentum rudes, &

agre-

agreſtes viros ad impigram militiam erudiuit, qui dein Carolum ad Nanſicum ſedentem cum toto exercitu ſeueriſſima occiſione occiderũt. Hic Dux bellaciſſimus, palmis onuſtus, fortunę noluit condonare, quæ ipſi tanta charitate pepercerat. nimis igitur in ſe pronam, & impotentem prouocauit, ac non minus ad nocendum, quàm ad iuuandum potentiſſimam inuenit.

Guſtauus Rex Suetiæ, qui Germaniã ſuis triumphis funeſtauerat, vix huius prouinciæ tertia parte ſubacta, iã Italiam ſuſpirabat; nec non ipſius Europæ triumphos ſibi ominabatur; malè diem obſeruans, qui tot bellorum ſeriem præſtolari non potuit. ſunt iſti, fateor, cordatiſſimi, & neruoſiſſimi Duces laboribus nati, & omnia capiẽtes, præter morris horrorem.

Sed terra durior, niſi ſuos laxet rigores, & facilem ſe præbeat, aſcendentibus exhalationibus demùm cõteritur. nullum euaſit periculum, qui ſe aſſiduis obijcit. vna pax aliquam ſecuritatem patrati feliciter belli promittit. perſtare in armis obſcurat dein triumphos, illuſtrat qui bellatricem naturã

 domuit,

domuit, & ità necessitate belli consultrice vsus est, vt cum primùm opportunitas eluxit, pacis necessariam esse voluerit. paucorum oppidorum acquisitio potentem Regem potentiorē non faciunt, bellorum verò perseuerantia potest regno deijcere. dementatur igitur, qui perdurat in illo, quod largiter rapit, & donat angusta. Carolus audax in sua cæde genus suum, ditionemq; finiuit; eius hæreditas in manubias, & spolium vicinis Principibus diripienda cessit: etiam sine virili prole Gustauus è viuis abijt. sic nimis flagrans palmarum desiderium, & ad nouas pugnas inuitantes adoreæ vnum penitùs, alium verò penè consumpserunt.

Breuissima momenta absoluunt terræmotus; qui diutiùs durarunt, amplis hiatibus laceram sanauerunt terram, quasi ruinis suis fultā. sæpissimè malo mali semina cōficiente: Principes á bello nunquam resipiscentes ità vicinos infirmant, vt tandem roborent. indurant quippè diuturni belli incommoda, inertiam decutiunt vexationes; & assiduis pauorum imaginibus perculsa

culsa mens, postremò interrita euadit. illius metalli refert naturam homo, cuius bonitas in igne probatur. humidæ noctes, sicci dies, nudum cælum, corporis temperiē primo laxant, dein firmant, quod identidem bruma, & cane tentatum nulla amplius hyeme, aut æstibus vritur. sic Carolus totus conuersus ad expugnandos Heluetios continuato eos bello sollicitans ad inuincibilem coegit militiam. Turcæ amplissimo delectu suas moliiūtur expeditiones, sed breues, nam si ilicò hostiles neruos præscindere nequeunt, armorum vsu verentur, ne inualescant.

Ostrogothi post multa bellorū volumina, ad affectatum Italiæ Imperiū emicarunt, cuius perennitatem in belligera gente desperans Theodoricus Rex edicto cauit, ne Romanus quispiam, & Italus militaret, vel arma cuiuspiam generis domi haberet. vt videlicet horū dissuetudine quidquid disciplinæ militaris reliquum erat, id ipsum extingueretur. Qua seuerissima pace supra aduersissimum bellum Romani debellati sunt. Si in Europæ populos mentem defigimus, eos cogno-

ſcemus bello præſtantiores, qui à finitimis frequentibus excurſionibus, exercentur, nam per iteratū metum irrepit animis cōſtātia, qui alioquin in lōga ſecuritate nullis verſati periculis debiles motus, necnon laruas ipſas formidant. in hoc menti, & corpori optimè conuenit, iſtud enim ex laboribus ad robur coaleſcit. & ſolidam ſtructuram, non niſi ſæpius fractum nanciſcitur: illam diuturnę pauorum ſpecies aduerſus pauores egregiè confirmant; & tunc incipit non horreſcere, cum diutiùs exhorruit, vnde in neminem belli peritia niſi in periclitantem deſcendit. Quæ diſcuntur in ſcholis, ſicut vmbræ bellorū ſunt, ità in aciei feruore multoties vmbrant ſapientiores.

Secunda cauſa exhalationes ad pugnam irritans dulcedo patriæ eſt, & ſuarum regionum deſiderium; nam illæ in antris terræ exulant, ideò manſionis ſuæ eas exercet cupido, & aduerſus prohibentem iter accēdit. Craſſitiem exutæ cęlis quodammodo propiores antrorum fęditatem aſpernantur, reſilientes ad ſydera interpellat

terra:

terra: hinc quassuum origo, & terribilis motus exordia. si qua iniuria altè descendit in animum, & acerrima flamma nos agitat, illa est, quæ paternæ domus possessionem turbat, vel eijciat, vel intercludat accessum. aut enim nulla bona nascētes offendimus, aut si aliqua, ad hunc orbem emergētes, sortimur, lares nostri sunt, in quibus quietem speramus. qui aduersus externos insultus nos protegunt. ortus nostri arctissimum fędus cum illa cęli parte percutiunt, quam primò suspexerunt. ius etiam in eam terrā dat diuturnus maiorū incolatus, vbi monumemta, vbi imagines, vbi nomen familiæ inscriptum est. ideò quis insolentiùs vrgere nos potuit, quàm qui illinc arcet, quò inueteratum fortunæ beneficium deduxerat, & iniquissimo pulsu non modò à pręsentibus bonis, sed à maiorum nostrorum memoria nos propulsat? vltra quæ aliud firmissimum argumentum ad inferenda arma Principem irritare debet; ne scilicet subditos alterius libidinis ludibriū esse patiatur.

His omnibus stimulis actus Emma-

nuel Philibertus Sabaudiæ Dux ad exigendos Gallos è Sabaudia, & Pedemonte antiquissima maiorum suorum hæreditate animũ impensissimè adiecit, ipse ad tantam molem euoluendã inualidus, Caroli V. impetrato patrocinio, copioso exercitu, in Picardiã mouit, fusisq; ad Samarobrinam Gallis, multarum Ciuitatum expugnatione, victoriam continuatis palmis præcinxit: & quod impensiùs excellit firmissima pace (quæ paternum ius illi ratùm fecit) corrumpi aliquando posse prohibuit. Vide quam nulla conditio ab hoc bello abfuerit. A patrimonio explosus ensem strinxit, triumpho potitus, iusto furori, & recenti gloriæ, ideò acriùs inflammanti, temperauit, & ridentem fortunam in stationem blandè deduxit, ne in alto diutiùs retenta ad morem suum ingemisceret.

Tertia terræmotuum ratio, & cæteris excellentior, & æquior illa est, quæ exhalationes à luce, à cælo, & ab officij administratione excludit, nam sine iugi harum peregrinatione mundus interiret, ideo transitus summo rerum discrimine interceptus omnibus neruis

pro-

propugnandus eſt. nunquam in immarceſcentem gloriam pręclariori facinore immigrat Rex, quàm cum alieni iuris turbatoribus intercedit. Magni aliquando Principes debiles ſuæ dominationi nituntur adſciſcere, & inuidioſis armis aliorum libertatem contundere. Poteſt ne in laudabiliorem campum monarcha deſcendere, quàm vbi ſibi fas ſit inuocanti ſuffragari, & firmiſſima manu nutantem complecti?

Celebrarunt ſe hac charitate Romani, qui gloriabantur, niſi pro fæderatis, & propria ſalute, nunquam procurriſſe.

Aſiæ prouinciā Malabar in plures partitam Principes hæc eadem ſtudioſa propenſio à ſæculis inuiolatam ſuſtentat. nemo alterius ditionem patitur imminui. odijs perciti ſe quidem prouocant, & more barbaro æſtuantē animum profluente ſanguine placant. ſed circumpoſiti Principes lucidiſſimis ſpecillis belli exitum luſtrant, & quam partem grauat illic adminicula ponūt, ne labatur. quę cura diſtracta prouinciæ membra ità componit, vt videan-

tur in vnum corpus coaluisse quod rara bella, & simultates in interitum nō exeuntes, etsi vulnerent, nunquam tamen discerpunt. Ludouicus XIII. bis ad Italiam applicuit, Casale ab Hispanicis, & Imperatoris armis assecturus. Caroli V. clientelæ multùm Genua debet, cuius auspicijs Gallicum iugū excussit. Aliæ ciuitates, ac Principes Italiæ, & Germaniæ libertatem suam ad potentiores Reges deferunt, quorum radijs illustrati nocturnos horrores sibi insidiantes eludunt: sed nostris tēporibus consilia Principum inquinauit Politia, ità vt non syncerè luceāt: multos iuuant, vt premant, alios, vt alliciant, & sæpè plus offectura est illis accepta gratia, quàm pericula, quæ sanauit.

Nos liberalitates nostras feneramus, vetusta tempora beneficientias suas nullis vsuris onerabant. decet Principem ità dare, vt illicò obliuiscatur se dedisse, iubeatq; accipientem dati nō meminisse. Carolus Magnus tātum benefacti in Pontificem contulit, vt appareret de mutuo nōn cogitasse, cuius spem cumuli amplitudo penitùs obrue-


rat.

rat. Desiderium Longobardorũ Regem Ecclesiæ insultantem à stirpe submouit, laudauit ciuitates Põtificis imperium optantes, cui suis armis obtentas adiunxit. imminentem Pontificis ceruicibus hostẽ extrusit, ditionem dilatauit, auctoritatem obsequio muniuit, ità bellauit, vt libenter bellum pace transegisset. sed sicut exhalationes impetant necesse est, vt ascensu suo pereuntem mundum reficiant, sibiq; lucem, & cælum, vindicent, ità alpes Carolus conscendit, & Italiam bellico furore inundauit, ne Orbis in Ecclesię lapsu occumberet, & ne pulcherrima illa Pontificum renouatio, in qua viuit mortalium salus, iàm consenescens omninò vergeret. sibi verò gloriosissimos famæ fulgores panderet, & meritissimam lucem detegeret.

Numeris etiam absolutum Amedeus VII. Sabaudiæ Dux monumentũ bellicum prompsit, magnitudine superiori impar, re coæquale. Seduni Episcopus seccessione Valesiorum ecclesia, & ditione exturbatus causam suam ad Amedei VII. fauorem, & arma prouocauit, quem penè exorauit ante-

quam

quam rogaret, adeo cum ortu gentilē familiæ benignitatem hauserat in Ecclesiam, & afflictos pronam! Contracto exercitu Amedeus Valesios petijt. Primos impetus rebellantium disiectio insequuta est. vrbis porrò, & castellorum oppugnationem soluit deditio. Dux gloriæ pignus penès se charissimum habuit, solidos victoriæ fructus cessit Episcopo. Quassauit terræmotus iste vrbis mænia: rebelles trepidarunt, vallis concussa est, Valesiorum tellus contremuit, sed opportuit duritiem comminui, ne vlterius in Deum, & Principem obstinaret.



Quid-

QVIDQVID A TERRA *recipiunt Cœli per nubes, & pluuias reddere.*

Caput XIII.

NIHIL in toto diuinæ omnipotētię penu, vel pulchrius, vel amabilius delitiosa serenitate concluditur. Hæc nitidissimis aspectibus totos implet oculos, temperatissimo spiratu cordis flammā mulcet, assentatur visceribus, nobis quidem arcana; ipsis verò salutatione gratissima, corporis partibus suum refundit vigorē, viresq; in equilibrio ponit, & æquali moderatione robustissimè firmat. verùm ingratissimè loquor, si corporis limitibus serenitatis beneficia coerceo. exhilaratur animus, & ad aspectum cognatæ lucis gestiens effusissimo gaudio circumfunditur. attamen tot bonorum voluptates nos aliquando suffodiant, & tā

flagran-

flagrantes desiderata mæstissimè perstringunt, & continua sanitas semetipsam eluctatur. nimiæ serenitates, tristissima miseriarum nube orbem circunuoluũt. lassat terras fulgentissimus cælorum obtutus, sol frequentioribus osculis pudicitiam deflorat, nitoremque vultus consumens fœdissima sugillatione perurit.

Violat omnia diuturna prosperitas, & fortiùs lumina in cadauer, mundũ vertere, quam tenebrę possunt; ità vt delitijs confecti, & longa debellati pace in infinita quiete concussi, & tot malis in salubritatis conspectu adacti, minacissimam tranquillitatem à syderibus deprecemur, & iratam beneuolentiam, & ferocem mansuetudinem precibus leniamus, atq; durissimam ridentis cæli seueritatem aliquãdo frãgi totis votis exposcamus, asperari cęlum, & nubium velum extendi, vt suos thesauros abscondat, nostros nobis in pluuijs restituat.

Turbulenta naturam ornant, confusio perfectum ordinem explicat. est eadem semper facies sibi inconsulta, nec futuris prouida. æquè beant ter-

ram nubes, ac radij, nec speciosiores sunt dies noctibus. non stamus, sed mouemur, & motu multa deperdimus, & motu iacturas reparamus.

Sic à summo conditore rebus omnibus sua munera partita sunt: otiari nemini datum est. præmium laboris durationem, & æternitatem astruxit: pœnam induciarum, putredinem sanxit, eamq; vim iniecit naturalibus, inseruitq; virtutem, quæ quiete fatisceret, incorrupta motu, vegetiorq; duraret. rotundauit cælos, ne starent impulsi, in orbibus locauit planetas, vt agilius rotarentur, lubricam dedit syderibus sedem, ne sederent: trepidant firmiori vinculo nexa, interminata otiosis mala pauentia: creauit ignem semper furentem, produxit aerem nunquā feriantibus obnoxium ventis, dedidit aquam æstibus, ideoq; firmauit terrā, ne refugeret opus, æquè cētro, ac coctionibus, alterationibus, similibusq; perpetuis defixam motibus. hāc iussit ad alienas sphęras excurrere, quod quietaret in sua, ac si voluisset longiori peregrinatione domesticam moram rependi.

Terram

Terram in minima versam conuolare, mox cogi, & ad vetus hospitium diuertere, licet arduum captu sit, verũ antiquitati explanauit Democritus, corpora ex athomis congeri, & in pusilla disijci autumans; quas athomos, vapores, vel exhalationes nominabimus, ne in exuperanti indiuisibilium tenuitate laboremus. His videtur litare terra cælis, vel vt cælestes auerruncet iras, vel vt propitiet, vel vt beneuolentiam tali munere demereatur, & beneficia, aliqua donarij specie recognoscat, etiam maxima rependens, qui de meliori re sua, quamuis vilissima, liberaliter refundit, tanquam immensum datum sit, quod dantis vires exhauserit.

Syderum aras fumis adolent terræ, quæ ex quatuor elementis coalitæ, vel mauis ex tribus illis primordijs sale, sulphure, & hydrargirio, tripartito veluti agmine, de vniuscuiusq; penu offerunt. igni affinibus, & agili remigio conscendentibus halitibus, sulphur veneratur, siccissimis adorat tellus, humidis colunt aquæ. hinc enata est illa fumorum sectio à Philosophis excogitata

gitata, vaporum videlicet,& geminarum exhalationum. istæ quatenus strigosiores sunt, ideò ad itineris immensitatem indefessę, viæ socias se modico tempore vaporibus præbent; nam ad secundam aeris regionem vna meantes, hic inertes suos contubernales vlteriori impares ascensui, expeditiores deserunt, & ad tertiam excedentes, cū purissimo illo æthere se se miscent. vapores, qui minùs soluti ad terram de reditu citiùs cogitant, ab hac paucis milliaribus abscedunt, primam, secundamq; regionem occupantes, cū non parua exhalationum turba confusi, quæ amicitiæ vinculo magis nexæ, & sociali humiditate viscatæ, nec contubernium detrectare, nec cum sua gente ad superiores sedes emicare potuerunt.

Tertiam aeris regionem longè sequestram, nunc adire prouincię altitudo deterret, spatiumq; itineris, & precipitia, in aliud tempus differre statuimus: vapores verò per nubem, vel aquam ab oculis adeptos, diligenter scrutabimur; quod si aliqua portio cum ventis seccessionem fecerit,

fugaces

fugaces non insequemur, sed erimus in presenti otio indulgentiores, minùs inerrantium speculatione contenti.

Gloriabimur in primis contemplationem nubium naturę astus prodidisse, quæ eleganti artificio imponebat nobis pluuias ostentans, vapores verò sensibus subripiens: idq; consultò prę-stabat prudẽtissima parens, vt scilicet nos cęlis magis obstringeret, si illorũ tantùm munera cognosceremus, & immensum accipere fateremur, cum nihil dedisse sciuerimus; ne ingratus homo dati, & accepti rationem ponens, malè æstimatis calculis se debito solueret, reputans sydera nihil vltra, quàm à terris concreditum reddidisse. sed eluxit per caligines, quod enubilauerat lux, & nubes quantùm elargirentur terræ, ità professæ sunt, vt tamen intelligeremus debitum nõ expungi, sed grauari, & gratiarum additione concrescere, dum vectigales terræ tributum ex inuariabili lege supremo pendunt, à quo ità exigitur, vt cum fænore refundatur.

Proximiores nebulæ tractationem

nostram

noſtram incipient, tanquam illæ, quæ terreſtrem redolentes naturam celſioribus locis deſpectis, humilibus gaudent, & delitiolę parenti ſemper incubant. vapores ex vliginoſis, & paluſtribus locis eruti, ſorde, & illuuie malè repurgati, ſentinam ſuam adhuc olentes, vicinas terras craſſis tenebris, & halituoſa humiditate confundunt, donec ſolares radij contumacem, & caliginoſam turbam fuderint. quod ſi ſoli in meridiem conſcendēti non deceſſerint, tunc denſa illa phalanx ſurſum tollitur, in pluuiā citò relapſura.

Huic penitùs obuerſam geſtat originem aliud nebulæ genus, quod ex purgamentis nubium fit: nam ſub pluuiarum exitu exhauſtis nubibus ſupereſt fæx, materia videlicet arida, emuncta, pluuijs inepta, atq; humiditatibus defuncta, & verè terrea in ſerenitatis confinio (cuius eſt argumentum) declinans, & terræ faciem velans.

His duabus ſubnecterem ego tertiā nebulæ ſpeciem, quæ æſtiuo tempore magna frugum ſtrage graſſatur. ſub exitu Iunij, & Iulij exordio, noſtris in regionibus ſuboriuntur nebulæ adeò

perui-

peruicaces, vt neq; à meridiano sole expugnentur. istæ obliguriunt aristas tanta voracitate, vt triticeũ lac emũgant solis spicis inanibus, & falsis residuis. Puto harum materiam multis igneis exhalationibus compactam esse, ab vrente, sub illos dies, sole extractis, vel potius ab austro in has plagas à mari secum delatis. nam cum illę exundant, cælum nostrum spisso austrorum velamine occluditur.

A futilibus, vel pestilentibus ad innocua, & frugifera transeamus. ros eò potissimũ tẽpore, quo messis extuberat longioribus diebus torrefactã tellurẽ noctu recreat, frugesquè penè ad interitum redactas viuificat. Pituita, quę à cerebro quotidiè in os procumbit, humectãdo fauces, sitis expugnat molestiam, & cibis, qui manduntur, longa dentium attritione, & iactatione linguæ, tandem infusa, eos ornat mollitie, & illam subdit iucunditatem, quã stomachus arctius complectitur, & quæ natiuo calori citius obtemperat. huius symbolum ros est, qui, licet extra terram concrescat, attamen in primo aere adeò germinat, vt ab illa erupisse

piſſe videatur. & verè aſſerere poſſumus recentiſſimè euaporatum; nam quod de die exploditur, ſolis calore ad altiſſima euehitur. vapores verò, qui irruente nocte emergunt, quaſi ſerò venerint, ab aere ſub crepera luce iàm adducto, preſſoquè illiberaliter excepti, vix intra veſtibuli ſpatia admittuntur, qui ſub dio frigido diuerſantes inhorreſcunt, guttatim poſtliminio ſe recipientes.

Maiores noſtri humidiſſimum aerem, & calentem dixerunt, quam temperiem forſitan ſimpliciſſima illius natura ferebat, quæ vaporibus, ventiſquè polluta obriguit, altumq; frigus concepit. nam prima, ſecundaq; regio nobis ſcrutabilior, monſtrabili experimento gelida eſt, licet quidquid huius elementi terras ambit, medijs tempeſtatibus, ſolis reflexib⁹, tepore leniatur, æſtate incendatur, hyemis verò debiliores radios contemnens, inſitum algorem non deperdat. inſuper erga ſolem innata quædam aeris reuerentia eſt, nam accedentibus radijs, nubibus non præpeditus, ex templo rareſcit, ſe ſe pandit, ſolutiorq; fit, ac ſi craſſitiem

tiem cum obſcuritate dimitteret. an moliatur id calor, vel aliqua occulta vis, incompertum eſt. nam hyeme, quo tempore caloris impetus languet, aduentãte ſole, non ſecus, ac æſtate aer tenuiſſimè declaratur, & nocte, vrgente frigore, intenſioribus tenebris non craſſeſcit. quapropter aut non inuitante ſole, aut aeris ſpiſſitudine, & frigore prohibente, prouectis iàm tenebris, vel cum impetu exploſi halitus, & exhalationes non meant, ſed ab aſcenſu repelluntur, quæ vix extremitatem aeris libantes, externo tactæ frigore torpeſcunt, & in rorem decidunt.

Qui in roris viſcera accuratiùs inquiſiuere ſalis nitri, & ammoniaci plurimum, humori inhęrere compererũt, ſcilicet exhalationibus impinguatum eſſe, quæ per noctem à ſubterraneis ignibus eructantur, ideò copioſiores vaporibus proferuntur, ad quorum generationem neceſſe eſt, vt ſolares radij opus ſuum impendant. aduerterũt etiam fumoſæ chymicorum mentes, quidquid fumi in vaporario aſcendit, per alembici roſtrum, in humorem recidere, vel exhalatio, vel vapor ſit.

vapo-

vaporès in aquas dulces concedunt, exhalationes in oleum colliguntur; tià vt quis quis humor compactus fumus sit, & fumus nihil vltrà explicatũ, solutumq; humorem ad æthera deferat, sic te non præteribit, cur ros ex leuissimis, & acutioribus rebus coalitus oui cortice inclusus, sole tactus suspendatur: exhalationes enim vnionẽ ægrè ferunt, quam calore solutæ eiurantes ad celsiora nituntur.

Serenitas illa est, quæ cogit rorem, qui sudo sub cœlo, spectaculum sui promit, è contra nubilo non apparet. ad quæ asseuerant nonnulli halitum sic à ventis discuti, vt in rorem non coaceruetur adderem ego (si vẽti ferientur, vt sæpè obuenit, cælum nubilum obmutire) à cognatis nubib⁹ omnem halitum combibi, & sorberi. Prohibet quoque roris generationem repellens bruma, vel vrens æstas, & ego non reclamabo dicenti, æstate noctu incalescentem aerem: (ideò minùs arctum, & spissum) transitum halitibus molliùs contendere, sic eos ad roris informationem non sistere. Qui pruinam sub hyeme germinantem, ro-

rorem glaciatum dixerit, ad æquilibrium suum, rem ęstimabit, & pręter verba nihil in essentia demutabit.

Inchoamentum pluuiarum ros est, velut si natura ad nubē se erudiens, in huius artificio tyroniciū posuisset. nā etsi, nec torquęatur aer, nec claudātur cęli, nec lucis obsignentur spiracula, attamen minimum illud aquarum rudimentum nimborum figurat molimen. sic adumbrātur paruis ingentia, & magnis rebus exilia præmittūtur incremēta: Quidquid in terrā concidit, exspirauit è terris: vastitati nubiū, quę immensitatē aeris videtur complecti, quantācunq; sufficit tellus materiam: à qua duorū, criminū auaritiæ, & prodigalitatis, postulantur sydera, rarò ad iustam mēsurā necessitates implētia. siccitas illiberalitatē criminatur, cum tantùm receperit, nec datum dignetur remittere: imbribus pessundatum solum, oppressionem deplorat; à cælis molestissimo pondere se, exonerantibus grauari clamitans: ingratum censeri beneficium, quod premit, licere quidem in sinu amici deflere, sed nō exundantibus lachrymis, & æternis gemi-

gemitibus illum obruere, ad quid totũ orbem exhaurire, vt vnam partẽ inundent? velint ne terras perdere, cum ab vnis raptũ effundant in alias? sua singulis bona iustitiam restituere. at cæli tam perniciosum scitum, tot capitum excusant deliberationibus, quæ licet singula luceant, alia tamen teterrimo lumine irradiant, alia mitissimo splẽdore fulgent, tota die de dominatu cõtrouertitur, quam plurima siccitates iubent, multa imbres imperant, non pauca meioribus aspirant decretis. atque ijs litibus, contumacibus prælijs, atrocioribus consilijs, non secus, ac mitioribus orbis cura instituitur. incrementa ex ruinis inaugurantur, nec tutiùs serenitatibus, quàm diluuijs mortalitatis census innititur.

Hominis cerebrum tantis animæ, fulgoribus illustre natura nubibus non exemerat, quę sublimiores apices æquè luci, ac fumis destinat, ne aliquid tã superbiret nitoribus, vt obscuritates non extimesceret. Ebullit in ventriculo cibus, ex quo fumi, vaporesq; catervatim in cerebrum protendunt, qui à feruenti regione digressi minus cali-

lidã applicantes, in nebuculas primũ; mox in catarrhum verſantur, & ità in ſubiectas partes ponderoſum reuoluitur, quod ex ijs leuiſſimum diſceſſerat. quare caput, eminentiſſimum corporis viſcus, cæleſtes operationes belliſſimè exſcribit. vndè ego ab illorum ſententia diſcedo, qui ſecundam tantũ aeris plagam nubium aſtruunt matricem, ac ſi quæ in prima coeunt nothi, & illigitimi fętus ducendi eſſent, cum manifeſtum ſit, montium vertices frequentiſſimè nubibus ſupereminere, illiſquè ſiccentibus, infima humore diffluere. totus aer aptiſſima ad nubes officina eſt, ad quas informandas nõ eſt opus intenſiori frigore. quippè halitus aliqua minori caliditate, quam à ſua contraxerint origine, excepti extemplo vniuntur, & coaleſcunt; ad quos colligendos humiditas eſt quidẽ oppidò opportunius inſtrumentum, ad coitionem citiùs, quam frigus, ſolicitans. inſanit qui putat, viuente homine, cerebrum frigiditatem inuadere. minus quidem hoc cæteris calet viſceribus, & magis humet. ſic nõ dũ taxat à frigore, ſed à multo humido priſti-

pristinæ naturæ admonente congregantur vapores. aeris tepor rorē vnit, & venti à meridie repentes profunda, & indeficienti caligine cęlum obducunt; sed iam rem à suis primordijs auspicemur.

Partim ardore insito, partim mutuato deflagrant terræ, humidumque transpirant: spiritus ad aera irrepentes partim leuitate sua, partim inuitante calore ad frigidam regionem commigrant; ideò impotentem ad feruorem ijs impressum diutiùs conseruandum, spiritus inibi feruente causa destituti, statim exotico calore spoliantur, & ad indigenam humiditatem ab humido ambiente reuocati, incipiunt sensim lentescere, dein mutuo humiditatis glutine necti, tandem vniri, & in pluuiam desudare. sed huius explanationis pręliminare ingens insedit difficultas, cur scilicet singulis diebus non pluat, & cęli quotidianæ terrarum transpirationi, quotidianis pluuijs, nō respondeant, quā ijs rationibus amoliemur.

Syderum calor, & præcipuè Solis adeò vapores extenuat, vt ij omnem

perdidisse humiditatem videantur; nimioq; feruore torrētes ad exsiccandū aptiores, quam humectandum sint, qui etiā sicco aquilone pflati, exuctiq; disperguntur, atque omni societate & contubernio prohibiti per aeris vacua vagantur extorres. At si contingat virtutem syderis infirmari, vel Boream mitescere, tunc à frigiditate, & humiditate aeris inuitati, propriaq; exciti natura inter seueriores cōbustiones humidi radicē semper alente, pristiniq; coniugij memores, ad oscula, & amplexus turmatim redeunt, & se per nubes, & pluuias ad copiosam, fæcundamq; sobolem disponunt.

Ex ijs apparet vapores non exhauriri à sole, & consumi, ac si horum interitus, & extinctio pluuias arceret. quod si consumptio ista tenuitatem pre se fert, & ideò vapores absorpti dicantur, quia excussi, & edomiti ad celebritates consuetas conuenire non possunt, quadrat sententia, quæ alioqui multùm obliquatur, si breuissimā partem istius mundi aliquando extingui, & deperdi sanciat. nam in tanta vastitate ità ordinati sunt vigiles, solertes

lertes excubiæ, fida promptuaria, vt minutum non pereat. sol ex alta specula omnia lustrans, nullũ insidijs patitur locũ, tributum vaporũ exigit opportuno tẽpore, in ea, quæ subditum respiciunt, erogaturus. sed instat argumentum, in prolixis siccitatibus, si quid quid transmittit tellus, per aerem volitat: cur iste adeò grauis, & tanto fætu turgidus non vmbratur, sed æquali semper diaphano pullucet? dicam primò aerem vaporibus vberem colorem mutare, & sensim pallido, croceo, rubroq; indui. sed crassum nostrorum sensuum iudicium nõ benè aperta prætereunt. cur verò nubilum non sit Cœlum. hoc dignum exacta animaduersione est, quod nubium causas contexit.

Vinum bonæ notæ annosum, & plenum visus aciem nullibi tardatã transmittit. crassities nitori non officit, & quod lucidum est, quamuis densum, ab oculis pari facilitate, ac tenuè trãsuerberatur. quod si vinum corrumpatur, & pereat, pullamq; vestem assumat, & mors splendorem iuguler, tũc feralis, & turbida imago non amplius

ſuſtinet intimè luſtrari. eadem planè vrinæ facies eſt, quæ à calore natiuo ſubacta, quamuis ſpiſſa, nitida fit, & oculis patet, ac vndique ab intuitu circumuenitur. cruda verò, & indomita, licet moderatæ ſpiſſitudinis ſit, vel etiam tenuis, adeò confuſa redditur, vt ſubtiliſſimis aciebus deneget meatum. inſitus calor, cum potens eſt, & res ſuo temperat arbitrio, tam aptè diuerſa miſcet, & appoſitè vnāquamque partem collocat, ac adeò exactè pondera librat, tantaq; ſolertia, & induſtria tenuuia craſſis attemperat, vt vel pinguem, craſſamq; faciem decoret, eaq; illuſtret nitella, & fulgote irradiet, vt viſum intimè alliciat. naturalis fucus nitor eſt, denſitatem obtegens, aut potius declarans, quo ſpiſſa conſpicientibus videntur tenuiſſima. ità profectò de aere cenſendum eſt; radij ſolares non impediti terreſtres fumos ad vltimum attenuāt, & librata proportione per aera diſtribuunt, nouoſq; accolas ità ad lancem veteribus vniunt, & miſcent, & tam penſiculata æqualitate vaſtiſſima digerunt, & ſpatia implent; vt tot cor-

porum

porum accessio non nisi ad maiorem luminis intensionem facere videatur. quod si potestas solis retundatur, perfectissimus conuertetur ordo: coerciti spiritus successionem facient, seditiosoq; confluxu aera miscebunt. confusio diem adimet, & lucem alta voragine condet. sic in conspicuo mergũtur tenebræ, & nubes è serenissimo educuntur, principisq; debilitas in seipsum mundum committit, potentia vero tranquillissima pace componit.

Hisce omnibus causis, tanquam pręcipui nubium ministri vẽti insulciendi sunt, qui à meridionali plaga acti, mare verrentes humida colluuie conspurcati, cęlum nostrum appellunt madidi; tunc exulantes inibi vapores alliciunt, profugãuè turbã humoris amicam sibi iungentes tumultuosis secessibus confusum aerem nubibus, & pluuijs opacant, luculenter enucleatur ex his, ad cogendos vapores efficacius humidum, quàm frigus pollere, cũ meridionales venti calidi, & humidi cæteri frigidioribus ad inferendas nubes præstantiores sint.

Tandem concludamus materiam

terra dat, sydera disponũt, & ventos, tanquam mediastinos ad nubes conuocandas adhibent. nubes verò non statim totæ in aquã diffluunt, sed gradatim cumulus vaporũ in guttas abit, quæ illicò ruunt. nam vapores à leuitate auctorati apud aerem stipendia merent, in aquam verò conuersi, terrę conditioni propiores facti, statim ad hanc deficiunt. citiùs verò in aquam vertuntur, qui proximè ad aqueam formam induendam dispositi sunt, aut qui primi fuerunt collecti primò aqueam naturam vestiunt, non secus, ac nix, quæ in guttas paulatim moritur, sic nubis vastitas in stillas conficitur; quod si vniuersa nubes affatim resolueretur, magno terræ labore integra fragmenta deciderent.

Eadem via, quæ pergit ad pluuiam, ad niuem ducit, si calles horrentiori frigore custodiantur; quod madidos halitus, & in pluuiam vergentes, solidiori forma constringit. hæc rara, foraminibus interstincta, diuulsa, non benè sibi constat, flacidum textile, vsusq; confectum referens. cruda compactio vaporibus assignanda est, qui

non-

nondum in pluuiam conuersi, sed dũtaxat semihumentes ineptè cohęrent, siccitate enim nõ omnimodè excussa, nec adhuc in vnionem omnibus consentientibus partibus, frigore correpti in porosũ, & dehiscens niuium corpus cogũtur. adde exhalationes vaporibus confusas coalescentibus interponi, & sua siccitate quodãmodo distrahere.

Firmiorẽ structuram nanciscuntur grandines, iã efformatas guttas adoriente frigore, ꝙ mihi videtur leueriùs eos stringere, qui gelidos illos lapides a calore ꝑ antiperistasim durari potuisse frigidè pronũciarũt. illa enim tẽpestate, quæ verna, vt plurimũ est, tantũ nõ inualuit calor, vt frigus omne exilio mulctauerit; quinimò vẽtorũ ferax aer frigescẽtibus salutatur auris, & celsiora loca planè algificis afflãtur; ꝙ si cũcta deflagarent, quis nam induceret congregationẽ nubium? forsan vapores ab vrenti aere extenuati, & disiuncti se coaceruabunt? qui egent frigore, vt congregentur; etiã sub cane igneis faucibus in frigus allatrante, iuga montium, primæ, & secundæ regionis frigidiusculum confinium delectat delitiosa reddit N 6 Paten-

Patentissimis auribus eos audirem, qui vapores à valido sole altissimè rapi sentiunt, & inibi à congregato frigore pro tribunali crudelissimè sedente, ad lapides damnati. sed robustissimum prosternunt consilium exiles stipulæ, & paleæ in ipsa globorum duritie interceptæ, quæ à vētis euectæ ad tam sublimia prouehi non possunt: præter quam quod frigiditas regionis de consueto non decederet apta tantùm, vt molliusculam niuem fingeret, non durissima saxa efformaret.

Multis alijs opinionibus posthabitis meam paucis aperiam. Res à suis causis æstimandæ sunt, si lucidari debent; neque tantùm efficiens iucunda; sed materia subtilissimè introspicienda, quæ multoties se subducit, suãq; naturam caligantibus aciebus obscurat. Procellosas aquas ab hominum stomacho abdicauit Hip. & vernas æstimis cēsuit noxiores, quia niuosam cruditatem saperent, nec tantùm aqua, quæ promanauit à niuibus, illarum custodit cruditatem, sed etiam vapores à gelu profecti gelu penitùs non exuunt, ni exactissimè excussi, & edomiti à

sole

ſole ſint. cũ ver ſe aperuit noſtrarũ regionum iam potens ſol inſultat ceruicibus, rectos, fortiſſimoſq; vibrans radios, prægreſſi ieiunij impatiens prædarum auidiſſimus diuitem tunc, & humiditatibus opulentum orbem fœdiſſimè depopulatur; nam arua non dum hyemales conſumpſerunt nimbos, & niues montibus prominent; quare hiãtes voraciſſimi helluonis fauces vbera paſcua,& immatura obliguriunt: & vaporum cateruasex acerba, algẽtiq; materia carpũt, quos,cũ omninò vincere nequeant, in nubes permittũt abire, quæ cum gelidam, & niuoſam ſtirpẽ adhuc redoleant;inſuper frigidiſſimis, & excurſantibus ventis eadem materia prægnantibus verberentur ſuo genio iàm ad gelu propẽſæ glaciantur, & lapideſcunt.

Illa anni tempeſtas ventis, plus cæteris, facta,eos nõ ſimpliciſſimis anhelitibus nutrit, ſed, quales ex ſoluta niue promanant halitus, abundè ſuppeditat, vndè nunquam copioſiori, algẽtioriq; ſpiritu inflati tumidantur, creberrimis procellis aera, mareque voluentes.

Cali-

Calidum hepar ad idonei sanguinis generationem instituit natura, sed istud, dum suas vires inconsultè exercet, nimiaq; fretum potentia indigestum chylum à ventriculo intempestiuè rapit, munus suum nimis maturans prauum, semicoctumquè sanguinem elaborat. ità longioribus diebus sibi nimis de sua spondens virtute sol, & appetitui indulgens, dum inter eduliorum copiam intemperantissimè heluatur, ingesta prauè digerens molestissima lapidatione terram contundit, quæ sui principis mulctatur erroribus, ac si natura hanc irrogasset legem mundo; innocentes subditos regijs criminibus plecti. sol intereà iniectam criminationem diluit, & mendum in fata reijcit. mundandam esse terram gelida colluuiè, eamposq; appellentibus frugibus expediendos; sic dum vrget officium aruis, & animantibus opportunum, nullius posse erroris coargui, si in tam præcipiti, longoq; cursu rotæ per tantas inæqualitates reuolutæ, æquam vndiquè non premant orbitam: cumulatissimi beneficij laudem minutissimi detrimenti

menti

menti nota non maculari: ad altiſſima iuga fatigare illud iter, quod rectitudinem ſeruat: obliquitatem commodiorem conſcendentibus eſſe. ità mundum digeſſiſſe naturam, vt maxima opera, omnibus caſtigata aſperitatibus, non producerentur. noſtri homines Maij, Iunij, Iulijque menſibus niue albicantes ſuſpicientes montes, certiſſimò ominantur præſagio, multa planitiei loca lapidatum iri; potens ſol, cruditatibus referta tellus, & venti ex ſecunda, necnon ex infima aeris regione hoc lapidificum bellum terræ inferunt, ad miſerias, & calamitates humanum genus erudiens.



Tenen-

TENENTVR PRINCIPES, ad imitationem cælorum, à subditis acceptum, in subditorum beneficium, erogare.

Caput XIV.



IV me tenuit non exigui momenti consultatio, quę non nisi per varios æstus in deliberationem flexit. queribũda mortalitas duritiem cœlis improperat, & solis pertinaciam carpit, cum se ad longas siccitates obstinat, & collatos halitus per immensam vastitatem disperdens, coibilem naturam à cætibus arcet, vetatque in pluuiam aliquando concrescere. iustissimam criminationem e vestigiò probant tribunalia, & nulla exactiori inquisitione ad primos questus superos damnant. nonne priùs subeunda essent loculamenta telluris, & solertissimè rimandum, an opportuna

cali-

caligo tegeret fraudem? debuit terra anteà pependiſſe, quàm repeteret. nā comparatum erat natura nullum emicare opus, niſi copioſa vaporatione emptum. quare forſan potuit locum feciſſe furto ſtructurarū varietas,& cęlorum expectationem decipere tenacitas contribuentis. vnde gratiarum fontes perierint, & liberaliter dare recuſent ſydera, quod malignè acceperint. ſed tanto crimini ſuſpicionem penitùs adimit inueteratum terrarū obſequium, quæ ità ſua opera expediūt vt laxior effumatio illa perficiat, acerbitatē verò ſobria exhalatio nō mitiget. parui fętus puſillè dederūt grandiores liberalior ſolutio laxauit, cuiuſq; penſio taxata eſt, vt interuerti ſine fraudantis damno non poſſit. placet pulchritudo floris, & deguſtatur ſuauitas fructus, cum ex merito pretium, debitā ſcilicet vaporum effuſionē, dinumerauerunt. ære alieno immatura premūtur, cuius diſſolutio auctoramentum perfectionis eſt.

Tellus ſolertiſſima mater intendens ſuos partus integrare, tantùm profundit, quantum maturitas computatur.

tur. ideò de rerum complemento semper solicita, nunquam à solutione se retrahit, & tunc duntaxat cælorum auaritiam incusat, quando exhausto pabulo vlterius dare non potest, nec suos efferre prouentus. puluerem inquit, qui meos vultus deformat, & incerto volatu soliditatem meam, vel leuissimæ auræ facit ludibrium; quasi meæ calamitatis nuncium vehunt ad altissima venti, fidissimam profitentē obseruantiam, obijcientemq; syderibus profuso sanguine corpus litari, si condignum, ipsisq; acceptum munus esse posset. quare nihil me arguit prętex prodigentiam, quæ ergà supremum laudabilis est. ne me peruicacem proderem meos thesauros exinaniui, & vos alieni tam parci estis, vt eam lætificare recusetis, quæ obsequij perseuerantia contabuit. quid indigniùs, quā excelsum ab humili magnanimitate vinci, marcore subditi Principem saginari, & de eleuatissima scena, vel incuria, vel superbo fastù eorum necessitates despicere, qui procurationem, & tutelam suorum bonorum profusione redemerunt.

Arbi-

Arbitrium quoquè solem insimulat, qui quanto liberius Principem agit in terras, tanto impensiùs omnē remouet cōiecturam, eas plenissimè nō exoluisse, cū in rimas se inserēs, valeat omne furtum, si quod latet, extēplò punire. ideò tantùm abest posse aliquando potentissimum dominum terram fallere, vt potiùs in sua ad ornanda fide, seque obsequente, submissaq; præstanda, tota consistat, nec vnquam lætior sit, quàm cum radij vespere turgidi, exuberantesquè recedunt, plus dato recreata, quàm accepto; nec alia ratione accipit, quàm ne à dando desistat. nequè in viriditatem, quā per copiosum tributum potest erumpere. hæc parendi, & tribuendi pertinacia, sine obedientis, & dantis emolumento, non est; ideò enim immolat suos fumos syderibus tellus, vt illorum diligentia in aquam aptati exuctam irrigent, vigoremq; consenescenti refundant: sanciente natura, vt illa subditum ágens adoratione perpetua, & iugi exhalatione cælos recognoscat, isti verò ità Principis munere defungātur, vt ad illius conseruationem dispēsent

ſent tributa, omnem dilapidationem inhibeant, exactiſſime cuſtodiant, & cautiſſima diligentia erogẽt, qui quotieſcunq; ab hoc officio deflectũt, creditori ſuo decoquunt, & æquiſſimis criminationibus liberum campũ aperiunt.

Non condidit natura Principes, verum leges, quæ propugnatore Principe egerent, ne incompoſita, & confuſa multitudine abigerentur. iſta ſuis malis erudita, quantùm vacillaret populare corpus, vagum, ſolutum, & nulla compagine vinctum, communi voto Principem exciuit è plebe tanquam caput è quo auctoritatis, & potentiæ nerui diramantes diſiectas partes connecterent. huic tributum pacta eſt, quo & ingeſtam dignitatem tueretur, & fulciret potentiam, & quæ Reipublicę exigeret adminiſtratio, compararet. dãnatus tributi ſubditus haud perfunctoriè ſe ſoluit, probè tenens, ſine hoc, principatus vires intercidere, viſcerũ concordiam diſiungi, ſtructuram labefactari; quare in hãc partem, quæ, vel amore, vel metu pleniùs confert, declinare nequit peccatum, quod idẽ-

tidem

tidem in Principes cadit, vt potè in multos ex Romanis Imperatoribus, qui tutelæ ponderibus grauati, curas, laboresq; refugiebant: horrebant negotiorum summam: tantùm dignitatem expetentes, quantùm molem sustinere recusabant, non dominationis nodos, sed cupiditates soluebant, non moderationis consilia emebant tributis, sed instrumenta voluptatum, non subditorum præsidia parabant data pecunia, quam in vacuos vsus prodigebant.

Nero, & Caius per parentis, auique cædem ad Imperium grassati sunt, nõ ingenio temperandi regimẽ instincti, nec ea solicitudine perciti, quàm à circumactis dominationibus pessundati orbis leuamen, & medela adsciscebat, sed vt ipsi voluptatum ministri in amplissimo Imperio libidinis materiam propagarent, veterem scilicet intenderent, nouam specularenrur. Ideò dominatione potitis penitùs Reipublicæ cura decessit, aures obstructæ prouinciarum querelis, nullus legatrs cõspectus pmissus, nobiles inuisi, Senatus suspectus, populi neglecti, ludicra præcepta

cepta, dilapidationes affectatæ. fastus in proluuijs quæsitus, lænonibus, cinędis, & ganeonibus comitas data.

Tunc laxatę administrationi subditi sic iustissimè obstrepebant: non totam vaporum molem effutiunt sydera in vẽtos, cuius maiorẽ partẽ in aquas destinant, minor portio in coruscationes disperditur, inutilior fulgoribus datur, melior reseruatur telluri; & vos potiori parte ventosas cogitationes pascitis, pinguiori enutritis splendores; nos nebulis consumitis, nos horrenti, & nunquam parturienti nube terg itis, nos soia grãdine percutitis. mouent ventos cæli, sed coituros in pluuiam: velãt se nube emissuri pluuiam, quatiũt fulmina viam pluuijs datura, omnia molimina agitant pluuiam: vos è contra omnia luci, omnia voluptatibus prodigitis; accurãt illi pensum suum, vos aliena tractatis, & ad ea, ad quæ facti estis omninò non respicitis. ad pauperiẽ vos veneramur, nos metipsos prodimus. vt fidem, & beneuolentiam ostentemus, commoda nostra subducimus vobis elargientes, insudamus, profundimus, nega-

negamus nobis, quod impartimur, & tot labores caſſi euolant, nullius frugis obſequia, damnoſæ largitates.

Philippo Macedoni negotioſo, & alio intendenti importuna ſe obiecit mulier de re ſua ipſum appellans; Rex legitimè excuſauit; eam horam illi nō vacare; cui illicò mulier, regnare deſine. apud me nullum punctum temporis ſine te labitur, & tu dies habes mihi non vacantes? omni momento diſcrucior, & res familiares meas attero, vt tibi ſubueniam, & te aliquādo piget de me cogitare? opes meas in te exinaniui, & tu ærumnis delimatam auerſaris? fæcunda gratijs tuis, quæ illas demeruit, in re mea mihi parcus eſſe noli, redde aliquid, vt te Principem vendites, non tyrannum. fregerunt hæc verba Regem, qui beneficijs inferior eſſe erubuit, mulierem admiſit, atquè exhauſtam, & areſcentem vberauit.

Nunquam tam longa pluuiarum interpollatio ſqualentem terram emunxit, ac rerum publicarum incuria populi florem extinguit. viget in principatibus nitor qui, non niſi per ſeduli-

tatem

tatẽ Principis emicat, in quem, cum primum negligentia irrepsit, ipsa virtus, è qua principatus germinat splendor elanguet. Galliæ regnum tot nominibus vulgatũ sub Morouei posteris obscuros annos euoluebat. quippè qui in palatinis delitijs torpẽtes maiorum famam, & valentissimi principatus gloriam in gynæceo iugulabant: inter cæteros Chylpericus Morouei posteritati inglorius, & regno sedebat inutilis, cuius oculos vnius aulæ satiabat spectaculum, desideria atrium finiebat, animi attentata angustissimis muris circunscribebantur: nullus in publicum egressus, nulla vox in multitudinem effusa, nulla acies in plebem demissa, præsidebat inaccessus, imperabat ignotus, regnabat cunctis offensus, omnes voces lamentabantur, omnia suspiria lacessebant, omnes oculi communem celamitatem deflebant in Rege. quæsò, quò tendebant amplissimi regni vota? quænam erat spes vectigalia pendentibus? pro quo iubebãtur portoria? dabatur ne pecunia regi, tyranno, exotico? plurimum elargiebatur? cui? recondito, nunquam bene-

nefa-

nefacienti, neſcienti, immemori, neminem gratijs, neminem beneficijs allicienti. ex aduerſo Pippinus magnus Palatij magiſter diligentia, alacritate, conſilio, & manu in tanta moderantis ariditate vetabat regnum tabeſcere: adnitebatur in prouẽtus vtiles tributa diſtribui, prolixa gratiarum ſiccitate conſumptos Gallorum animos gratiſſimis officijs irrigabat. ſtillabat ex iſto fæcundus ille adminiſtrationis imber, qui felici irroratione, tantũm ad pullulandum promouebat regnum, quãtùm Regis ſecretum, & inertia ad ſterilitatem deponebant. regnandi, & viuendi vtriuſque ratione Zachariæ Pontifici delineata, ſedulò quęſitum, quis meritò Rex conſalutaretur. cum Regem cenſendum reſcripſit Pontifex, qui regni ſemina fæcundis irrigationibus ſolicitaret ad ſegetem, non qui deſidia emori pateretur.

Ni ſol nubes cogeret, iàm terra renunciaſſet obſequio. tam longis interuallis ab optima adminiſtratione nõnunquam Principes diſtant, vt regnẽt ſine imperio, imperent ſine regno; quod vel ſocordia, vel peſſimis conſi-

lij decoquunt.

Nihil tam graue molita est natura, quod auri pondus exæquet, vt intelligamus, non ad res ventosas hoc metallum exortum esse, sed ideò ponderosum fabricatum, vt magna pondera euolueret. hominum existimatio maximam sibi hujus necessitatē imposuit, sed præsertim Principes, quorum dominatio eò excellentior est, quò maiorem auri vim cogit. qua de causa ad hoc extrahendum nullum vaframentum non excogitatum, nulla vis non intentata, nullus impetus omissus, nulla expilatio non probata, & dein futilibus datur; aereis spargitur, minima portio subditorum vtilitatibus addicitur: ità vt penè nihil colligant, qui maximum seuerunt. sine tributis, inquiunt, principatus non stat, ergò in principatum sunt fundenda tributa, ne corruat; cuius tamen decus, non scenæ, non choreæ, non comessationes, sed catholica procuratio aptissimè instituit.

Assentator qui nihil pro Republica dignum patrauerat aureum vas ab Archelao Macedone dono petijt. con-
uersus

uersus Rex ad Promeritum in proximo stantem; diues illud, & pulcherrimum contextum illi porrigens, addidit; regat hoc pondus, qui lacertorum soliditatem inclytis facinoribus mihi, & Reipublicæ approbauit. pretium laborum non ferat inertia, nec insignia virtutum ornent socordiam. quot in huius operis informatione desudarũt? congesserunt materiam nonnulli, figurarunt alij limarunt, & poliuerunt, tot manuum opus vni detur, sed qui manibus suis sæpissimè non temperauit.

Si cogitarent Principes se vno dono multorum subditorum nonnunquã vitam dare, quam diligenter exitura munera pensarent. quot sorbuit mare? quot deuorarũt flumina? quot oppresserunt montes? ante quàm opes concederent, vel ad cõquirendas præclusa lustrari viscera paterentur. in ijs penetralibus abdidit diuitias natura, ad quæ nonnisi madida frons, attriti pedes, delassata brachia succederent. aspice cælos, & sydera, cuncta inibi se præcipiti motu rotant, itàque nituntur ad cursum, vt semper terras ambiant,

biant, in quarum conſpectu continuò ſtantia, nunquam coram ipſis conſiſtunt, nec in tanta mutatione viarum lumen auertunt, ſed quocumque pergunt, luce ſua præſto ſunt. nolunt enim illa ab iſtis tributum legere, niſi curæ, ſolicitudini, & condignis laboribus reſpondens.

Reum conſtituit ſolem non modo, præpoſtera diſtributio, ſed immodicâ prædatio. aliquas enim terras ità depeculatur, vt penitùs defruget, quod exortum eſt interficit, & naſcentibus pabulum, vitamq; ſubducit, ſed tunc niſi pluuias eroget, aut interpoſitione nubium ſuos ardores intercipiat, abit à Principe, & à tributo. nã durũ ſolũ iuſſa nõ sẽtit, & palã obediẽtię reluctatur. multi Principes multiplicata tributa in anno legẽtes, tributorũ prouẽtus perdiderunt. nam ſicut, qui arborem eradicat, fruſtra præſtolatur fructuum exortũ, ità opes ſubditorũ profligatæ veſtigalium ſpem cupientibus adimũt: has cuſtodire, quantùm eſſet à Principe. Henricus IV. Galliarum Rex abũdè percepit.

Ingentem bellorum molem Rex iſte ſtre-

strenuissimè reuoluens contractas copias in hybernis ea cautione dispensauerat, quæ contentum militem hilari populo haberet. militaris audacia moderationis impatiens, in rapinas euasit, & perscriptam viuendi legem armorum licentiam nimis perstringētem detestata, arbitrariam insolenter exigebat; atquè immoderatiùs proteruiebat, quò absentia quorundam Ducum, quos solemnis festiuitas coronādę Reginæ Parisios euocauerat, quasi laxatis habenis, in omnem petulantiā, & procacitatem cursum permittebat. afflicti populi nuncio Henricus confossus exulceratum animum in præsentes capitaneos effudit, eos acerbè increpans, quod dum curiositatem in lętis spectaculis pascerent, effrænati milites eorum præsentia non castigati, in facinora exirent sibi, & subditis impēsè calamitosa. hinc ad comitem stabuli deflectens inquit. meo populo cōsumpto, quis me nutriet? ò verbū verè regium; quis me nutriet? mendicabo ego ab exteris victum, postquam meos exhausero, vel tanta ingratitudine me vestiam, vt eos non protegā,

qui mihi alimenta suppeditant, vel fa-
stus iste regius adeò me hallucinabitur,
vt vndè vitam sustentem, non respi-
ciam? aut rerum mearum improuidus,
stolidus, insulsus alimenta mea diripi
patiar? quod Rex potentissimus sim
me admonet, à subditis me nutri-
ri. vastissimi regni ità moderator se-
deo, vt ab hoc pascar, validissimos
exercitus conscribo, & infirmitatem
meã alimenta petendi agnosco, quan-
tum debeam populo meo, quantum
teneat ipsum custodire: ne vos lateat:
me alit. quantùm solerter excubandũ
mihi sit, ne illius opes exedantur, satis
intellexistis, omnia præfatus sum, cum
dixi me illinc victum ducere. oritur ex
illis splẽdor imperij: robur in illis stat,
monarchia in illis nititur, vita mea in
illis viuit.

Bella Pannoniæ. Rex monarchias
temperandi peritissimus suam, & regni
vitã emorientem opportunè reuoca-
uit. conscenderat Rex iste solium, è
quo tanquam è specula regni sui con-
ditionem meditans, offendit rerum fa-
ciem adeò emaciatam, vt iam vltima
tabes in principatum grassaretur, pro-
culdu-

culdubio breui Principem inuasura. vt igitur ab imminenti periculo se eriperet, principisq; maiestatem iam penè confectam instauraret, regni vires admodum collapsas refocillandas esse decreuit, nec excellentiùs remedium ad mitigandam tabem excogitare potuit, quàm placidè trahere, modestè colligere, tributorum æstum placare, in spem salutis subditos erigere. ità vt vetus rediret industria, negotia, & cultus reflorescerent, in antiquos prouentus non neglecta arua pullularent, & consuetam opulentiam reuiuiscentes commeatus reducerent. sic moderatè educendo, ac si alimentum contribuisset, creuerunt vires, infractus fuit morbus, reuersa sanitas, species salubris emicuit, & Bella ex pessimo loco, in quem sui maiores compulerant, in optimum euasit.

Malorum omnium mater egestas, vti iugulat subditum, ità Principem interimit, facitq; vtrosquè sui muneris impotentes, obedientiam vni detrahit, alteri mutilat imperium, quod cuique Principi quamuis finibus vastum, potentia angustissimum fit,

quidam
nescen
nemo n
quem

Quo
no len
quanta
eum ac
diuiser
ae ad G
ibi alie
num au
dere
neret.
tas, qu
gis pue
uetus
luiting
eni
eiusm
quipre
hem v
metria
uiolu
uenit.

manſionem reduces, exuſto-
porum labes implent. non
homines vagatur pecunia,
s circulentur in mundo, nec
mani generis conſeruationi
rſus ſalutaris eſt, ac iſtorum
us. ideò Principes non tan-
nt, ſi pecuniæ impendia ad
incipatus onera non diri-
ntùm, ſi rurſus in populum,
ncta fuerat, vt relabatur nō
at terra, vt elargitum rur-
, & Principi contribuunt
ubditi; vt poſtquam regi-
n impleuerit, opus ſit de-
s recurrere, alioqui pecu-
ibuta coactam pauciſſimi
in Principem conferrent,
gionē diſſipata vacuum,
ilem, nulliuſq; nerui prin-
ficeret, quod, vt omnes
ab apice meditabimur.
imum pecuniæ inuentum,
execrati ſint, humanæ
ſocietas, & communio
mendat. iungit iſta Occi-
enti, Meridiem vnit Sep-
am in ſe inſerit mundi ſpa-

tatē Principis emicat, in quem, cum primum negligentia irrepsit, ipsa virtus, è qua principatus germinat splendor elanguet. Galliæ regnum tot nominibus vulgatū sub Morouei posteris obscuros annos euoluebat. quippè qui in palatinis delitijs torpētes maiorum famam, & valentissimi principatus gloriam in gynæceo iugulabant: inter cæteros Chylpericus Morouei posteritati inglorius, & regno sedebat inutilis, cuius oculos vnius aulæ satiabat spectaculum, desideria atrium finiebat, animi attentata angustissimis muris circunscribebantur: nullus in publicum egressus, nulla vox in multitudinem effusa, nulla acies in plebem demissa, præsidebat inaccessus, imperabat ignotus, regnabat cunctis offensus, omnes voces lamentabantur, omnia suspiria lacessebant, omnes oculi communem celamitatem deflebant in Rege. quæsò, quò tendebant amplissimi regni vota? quænam erat spes vectigalia pendentibus? pro quo iubebātur portoria? dabatur ne pecunia regi, tyranno, exotico? plurimum elargiebatur? cui? recondito, nunquam bene-

nefa-

nefacienti, nescienti, immemori; neminem gratijs, neminem beneficijs allicienti. ex aduerso Pippinus magnus Palatij magister diligentia, alacritate, consilio, & manu in tanta moderantis ariditate vetabat regnum tabescere: adnitebatur in prouētus vtiles tributa distribui, prolixa gratiarum siccitate consumptos Gallorum animos gratissimis officijs irrigabat. stillabat ex isto fæcundus ille administrationis imber, qui felici irroratione, tantūm ad pullulandum promouebat regnum, quātùm Regis secretum, & inertia ad sterilitatem deponebant. regnandi, & viuendi vtriusque ratione Zachariæ Pontifici delineata, sedulò quęsitum, quis meritò Rex consalutaretur. cum Regem censendum rescripsit Pontifex, qui regni semina fæcundis irrigationibus solicitaret ad segetem, non qui desidia emori pateretur.

Ni sol nubes cogeret, iàm terra renunciasset obsequio. tam longis interuallis ab optima administratione nōnunquam Principes distant, vt regnēt sine imperio, imperent sine regno; quod vel socordia, vel pessimis consi-

O lijs

lij decoquunt.

Nihil tam graue molita est natura, quod auri pondus exæquet, vt intelligamus, non ad res ventosas hoc metallum exortum esse, sed ideò ponderosum fabricatum, vt magna pondera euolueret. hominum existimatio maximam sibi huius necessitatē imposuit, sed præsertim Principes, quorum dominatio eò excellentior est, quò maiorem auri vim cogit. qua de causa ad hoc extrahendum nullum vaframentum non excogitatum, nulla vis non intentata, nullus impetus omissus, nulla expilatio non probata, & dein futilibus datur; aereis spargitur, minima portio subditorum vtilitatibus addicitur: ità vt penè nihil colligant, qui maximum seuerunt. sine tributis, inquiunt, principatus non stat, ergò in principatum sunt fundenda tributa, ne corruat; cuius tamen decus, non scenæ, non choreæ, non comessationes, sed catholica procuratio aptissimè instituit.

Assentator qui nihil pro Republica dignum patrauerat aureum vas ab Archelao Macedone dono petijt. conuersus

uersus Rex ad Promeritum in proximo stantem, diues illud, & pulcherrimum contextum illi porrigens, addidit; regat hoc pondus, qui lacertorum soliditatem inclytis facinoribus mihi, & Reipublicæ approbauit. pretium laborum non ferat inertia, nec insignia virtutum ornent socordiam. quot in huius operis informatione desudarũt? congesserunt materiam nonnulli, figurarunt alij limarunt, & poliuerunt, tot manuum opus vni detur, sed qui manibus suis sæpissimè non temperauit.

Si cogitarent Principes se vno dono multorum subditorum nonnunquã vitam dare, quam diligenter exitura munera pensarent. quot sorbuit mare? quot deuorarũt flumina? quot oppresserunt montes? ante quàm opes concederent, vel ad cõquirendas præclusa lustrari viscera paterentur. in ijs penetralibus abdidit diuitias natura, ad quæ nonnisi madida frons, attriti pedes, delassata brachia succederent. aspice cælos, & sydera, cuncta inibi se præcipiti motu rotant, itàque nituntur ad cursum, vt semper terras ambiant,

biant, in quarum conſpectu continuò ſtantia, nunquam coram ipſis conſiſtunt, nec in tanta mutatione viarum lumen auertunt, ſed quocumque pergunt, luce ſua præſto ſunt. nolunt enim illa ab iſtis tributum legere, niſi curæ, ſolicitudini, & condignis laboribus reſpondens.

Reum conſtituit ſolem non modo, præpoſtera diſtributio, ſed immodicà prædatio. aliquas enim terras ità depeculatur, vt penitùs defruget, quod exortum eſt interficit, & naſcentibus pabulum, vitamq; ſubducit, ſed tunc niſi pluuias eroget, aut interpoſitione nubium ſuos ardores intercipiat, abit à Principe, & à tributo. nã durũ ſolũ iuſſa nõ sẽtit, & palã obediẽtię reluctatur. multi Principes multiplicata tributa in anno legẽtes, tributorũ prouẽtus perdiderunt. nam ſicut, qui arborem eradicat, fruſtra præſtolatur fructuum exortũ, ità opes ſubditorũ profligatæ veſtigalium ſpem cupientibus adimũt, has cuſtodire, quantùm eſſet à Principe. Henricus IV. Galliarum Rex abũdè percepit.

Ingentem bellorum molem Rex iſte ſtre-

ſtrenuiſſimè reuoluens contractas copias in hybernis ea cautione diſpenſauerat, quæ contentum militem hilari populo haberet. militatis audacia moderationis impatiens, in rapinas euaſit, & perſcriptam viuendi legem armorum licentiam nimis perſtringẽtem deteſtata, arbitrariam inſolenter exigebat; atquè immoderatiùs proteruiebat, quò abſentia quorundam Ducum, quos ſolemnis feſtiuitas coronãdę Reginæ Pariſios euocauerat, quaſi laxatis habenis, in omnem petulantiã, & procacitatem curſum permittebat. afflicti populi nuncio Henricus conſoſſus exulceratum animum in præſentes capitaneos effudit, eos acerbè increpans, quod dum curioſitatem in lętis ſpectaculis paſcerent, effrænati milites eorum præſentia non caſtigati, in facinora exirent ſibi, & ſubditis impẽſè calamitoſa. hinc ad comitem ſtabuli deflectens inquit. meo populo cõſumpto, quis me nutriet? ò verbũ verè regium; quis me nutriet? mendicabo ego ab exteris victum, poſtquam meos exhauſero, vel tanta ingratitudine me veſtiam, vt eos non protegã,

qui mihi alimenta suppeditant, vel fastus iste regius adeò me hallucinabitur, vt vndè vitam sustentem, non respiciam? aut rerum mearum improuidus, stolidus, insulsus alimenta mea diripi patiar? quod Rex potentissimus sim me admonet, à subditis me nutriri. vastissimi regni ità moderator sedeo, vt ab hoc pascar, validissimos exercitus conscribo, & infirmitatem meã alimenta petendi agnosco, quantum debeam populo meo, quantum teneat ipsum custodire: ne vos lateat: me alit. quantùm solerter excubandũ mihi sit, ne illius opes exedantur, satis intellexistis, omnia præfatus sum, cum dixi me illinc victum ducere. oritur ex illis splẽdor imperij: robur in illis stat, monarchia in illis nititur, vita mea in illis viuit.

Bella Pannoniæ. Rex monarchias temperandi peritissimus suam, & regni vitã emorientem opportunè reuocauit. conscenderat Rex iste solium, è quo tanquam è specula regni sui conditionem meditans, offendit rerum faciem adeò emaciatam, vt iám vltima tabes in principatum grassaretur, proculdu-

culdubio breui Principem inuasura. vt igitur ab imminenti periculo se eriperet, principisq; maiestatem iàm penè confectam instauraret, regni vires admodum collapsas refocillandas esse decreuit, nec excellentiùs remedium ad mitigandam tabem excogitare potuit, quàm placidè trahere, modestè colligere, tributorum æstum placare, in spem salutis subditos erigere. ità vt vetus rediret industria, negotia, & cultus reflorescerent, in antiquos prouentus non neglecta arua pullularent, & consuetam opulentiam reuiuiscentes commeatus reducerent. sic moderatè educendo, ac si alimentum contribuisset, creuerunt vires, infractus fuit morbus, reuersa sanitas, species salubris emicuit, & Bella ex pessimo loco, in quem sui maiores compulerant, in optimum euasit.

Malorum omnium mater egestas, vti iugulat subditum, ità Principem interimit, facitq; vtrosque sui muneris impotentes, obedientiam vni detrahit, alteri mutilat imperium, quod cuique Principi quamuis finibus vastum, potentia angustissimum fit,

cuius subditos hæc miseriarum parens obtinuit, hinc depromant dominātes, quantùm sibi expediat fouere subditorum opes, quorum auctu gliscit maiestas, & decretione marcescit. fatiscebat Bellę dominatio sub tenui subditorum lare, mox cum saginato adoleuit. si exiguum pecuniæ, quod apud subditos reliquum erat extorsisset, lapsas vires aboleuisset. reliquit, non expressit, passus est apud subditos esse, auxit, & exile illud germen moderato putamine in altissimum extuberauit, quod imprudentia Principis euulsum, vel immodicè recisum contabuisset.

Non tantùm tenentur sydera vapores custodire, disponere, cogere, informare, sed remittere, & imbribus telluris iacturam vindicare; nam sine hoc circulo iamdudum mortalia finiuissent. verùm quidem, antequam hos reddant, multifariam ordinant, vel in ventos, vel in steriles nubes, vel in grauidas. eget enim aer modo succuti; modò agitari, modò impelli, nonnunquam torpescere. postquam verò isti vapores variam personam egerunt, à longa peregrinatione ad

veterem

veterem mansionem reduces, exustorum camporum labes implent. non minùs per homines vagatur pecunia, ac vapores circulentur in mundo, nec minus humani generis conseruationi illius discursus salutaris est, ac istorum circumactus. ideò Principes non tantùm peccant, si pecuniæ impendia ad leuanda principatus onera non dirigant, quantùm, si rursus in populum, è quo extracta fuerat, vt relabatur nō curēt. ità dat terra, vt elargitum rursus expectet; & Principi contribuunt pecuniam subditi; vt postquam regiminis vicem impleuerit, opus sit denuò ad ipsos recurrere, alioqui pecuniam per tributa coactam paucissimi anni sensim in Principem conferrent, aut extrà regionē dissipata vacuum, inanem, futilem, nulliusq; nerui principatum deficeret, quod, vt omnes speculentur ab apice meditabimur.

Pulcherrimum pecuniæ inuentum, licèt aliqui execrati sint, humanæ Reipublicæ societas, & communio eximiè commendat. iungit ista Occidentem Orienti, Meridiem vnit Septentrioni: nam in se inserit mundi spa-

tia cõmercium, quod in hac viuit, ità vt diuersitatem morum possit homo non abhorrere, quos aliquando delibauit, & ignotas peragrare terras ad nullam victus mendicitatem compulsus. quoscunq; aditus laxat sibi pecunia; nationes, quas non inuenit facit amicas. hospitis contemptum demutat in reuerentiam. sed & alia in pecucunia se exerunt arcana, multiplicat semetipsam, & quodammodo sobolescit, sparsa in populum exagerat se, nouamq; congerit, & magis pullulat, quò vulgarior est, & in pluribus distributa. non secùs, ac germinant semina aruis dispersa; cumulata verò se degrauant, & marcent: ità pecunia passim effusa, etiamsi apud quosdam otietur, maior tamen hominum pars nullas ferias illi permittit, industria solicitudine vbi magis opportunum, & fæcundum solum est, ad exuberantem propagationẽ, eã inserẽs. in merces soluta, rursus ex mercibus aucta legitur, effusa, mox coacta fẽlici nundinatione, sensim vegetat, peculiariq; lucro crescit in publicum, Ciuitates, & Prouincias ad humanæ felicitatis fastigium

tollens

tollens, quę in ærumnas præcipitant, quotiescunq; hic pinguis succus emungitur, tristisq; inuehitur paupertas, quę dein perquam difficile abigitur. nam ex inopia ad diuitias laboriosus est trãsitus, diuitiæ verò facilè adolescunt, & se cumulant. nihil possidenti difficilius est paruum peculium contrahere, quam ex minimo maximum extendere: sic ardua sunt rerum initia, quibus euictis ad incrementa decurrimus.

Hunc genium aurum, & argentum sortita sunt, vt illuc liberiùs confluant, vbi ipsorum copia est, egentibus verò inuito hæreant, & eos quodammodo declinent. si Principes, dũ acceptam à subditis pecuniam ità dissipant, vt in eorum thecas reuerti non possit, non modo depauperant, sed omnem ditandi occasionem præscindunt; nam ex pecuniæ defectu pereũt mercimonia, ijsque subductis, quodammodo nouis lucris esca subtrahitur. agri qui non intermissis annis coguntur ad messem, ni stercorentur, penitùs non proueniunt; nam semina amica pinguedine defecta moriũtur.

eodem planè modo auatus Princeps omne excussum metallum, breui annorum interiectione, in ærarium cōderet, vel prodigus stulta largitate apud paucos deponeret, aut luxuriosius ad externas gentes transmitteret, subditis verò tributa in posterum exoluendi facultatem aboleret. ex regionibus enim, vel auro magis tumentibus, si singulis annis ità exhauries, vt nihil amplius recidat, nouissimè exsiccabis, & splendidum illud nomen planè deleueris circumscripta subditis ansa è paupertate emergēdi, quam vbi pecunia abolita est, non nisi ad miraculum, & tardò sæculorum lapsu exeunt.

Hæc omnia in Ottomanica dominatione contemplamur, quæ per regiones totius mundi ditissimas extensa, dominatur pauperrimis. Assyriā, quæ toti mundo suppeditabat luxum, nunc exercet inopia. pretiosus Asie cultus in vilissimum deuergit: fabulosa videntur scripsisse, qui Antiochi, & Darij thesauros tāta vbertate delinearunt, vbi nunc fæda pauperiei facies inhorret. Illas Prouincias insano rapu

tu, auro, argentoq; exanimarunt Turcæ: ſic anima diuitiarum penitùs extincta; diuitiæ ampliùs non reuixerunt. ſeueriſſimè enim ſibi diripit Turca, & non reddit, aliò tranſuehens. in mancipia, eunuchos, milites, ex his regionibus longè degētes tributa profligat, quæ vnde diſceſſerunt, reuerti nequeunt, vel ærarium ad enormem ſuæ ditionis macritiem impinguat.

Semel ſol hanc tyrannidem vſurpauit, Hiſpanicam tellurem adeò rigidus deuorans, vt vigintiquatuor annorum ſpatio in pluuias non molliretur; magno tamen ſuorum vectigaliū diſpendio, nam tàm immanitèr preſſum ſolum palàm rebellauit, quod tūc ſui iuris fuit, cùm dare non potuit, & ſtipendarium vt eſſe deſineret, infelicitas fecit: inter tot mala pulcherrimum libertatis bonum, vindicāte paupertie; donec tandem ſydera diminuto indolentia imperio tribus annis aſperum ſolum aſſiduis pluuijs leniuere, & nouum fœdus cùm deſiſcente percuſſerunt.

At in ſolis poteſtate eſt, impræ gnare ſterilitatem, eò quod licet datum

illibe-

illiberalitèr retinuerit, non tamē prodegit. at Principes, postquam, vel in acceptos sibi, vel ad inania commune bonum abegerunt, & Prouinciarū fæcunditatem vltrà leges discerptam, nec debito regimine instaurarunt, nec opportuna dispensatione emendauerunt, post fœdas inquam dilapidationes, sicut ob inopiam, subditi, nouas coactiones non sustinent, ità ipsi non minùs exhausti sarciēdo impares sunt. mala administratio populorum vires decoquens, cogit principatus vigorē consenescere, vti æqua, & ad leges ordinata ad portentum angustas eleuauit dominationes, quarum facinora cum supercilio respicimus, extensos neruos in arcto demirantes.

Duodecim abhinc annis dimidiata Orientis luna splendori Venetæ Reipublicæ intentat eclypsim, & quod fortius est, nullibi distracta ambobus cornibus vrget, & tamen indigenum vix seruat fulgorem. tanta regnorum moles vnam Cretam nequit obruere, Asiæ, Africæ, & Europæ insultibus, vnæ immobiles stant Venetiæ. ingentes illæ Ottomanorum gloriæ tā paucis

cis ſcopulis colliduntur: ruinas producit, non extendit imperium Turca: vectigales ſibi facit prouincias, & obligurit vectigalia: ſuperat, & victoriæ fructus peſſundat. nobiles illi Aſiæ portus, non ad nauium ſtationem, ſed piſcium ſecuritati fabricaſſe natura viſa eſt, exule commercio. tantùm diſtat à Principe tyrannus, vt ille integra adminiſtratione cunctis felicitatibus ſuum cumulet principatum, iſte exinaniat expilationibus, & tantùm ſollicitet ad fæturam, vt ſterileſcat.

Veneta Reſpublica cum ſuis ſubditis ex æquo viuit, quiſq; pro ſe impendit, quod publico dat: ſacrum eſt, quod publici eſt, & ad ſecuriorem tutelam multis manibus ſubijcitur, non ad faciliorem rapinam. vna ſubditorũ vtilitas ærarium reſerat, quod nullæ voluptates depeculantur, nullæ libidines interuertunt, nulli luxus infringunt, qui quanuis in priuatorum mores immigrent, publica tamen ſcita non tãgunt, quorum vetuſtatem nullũ nouũ violat figmentum; ſola neceſſitas in ſumptuum rationem peruertit, nihilquè inibi neceſſarium reputatur, niſi

quod Reipublicæ malum sanat: ita n.
ta custodia gubernatum ærarium ca-
uet auri, & argenti extrà ditionem ex-
cessum: nam præter stipendia, quæ fa-
ciunt indigenę, reliqui sumptus ità or-
dinati deuoluuntur ad subditos. egēt
enim victu, & vestitu, qui merent, ven-
dunt vtrunquè ciues, taliq; esca suum
aurum recolligūt, ità vt à subditis pro-
cedat pecunia in Principem, mox de-
scendat in meritos, ab ijs recurrat ad
populum; qui circuitus exhauriri sub-
ditum vetat, & ditissimum Principem
præstat in opulentia subditorum.

Vulgauere nonnulli Ægypti Reges,
non alia de causa miraculi plenas illas
pyramides molitos esse, prẹter quā ne
cumulati metalli fama auidas auri po
tētias inuitaret ad raptū, & collectæ
diuitiæ periculoso bello, longa pace,
& otio sopitos inuoluerent; acsi om-
nes ætates experimento nō didicissent,
repagula nulla auro firmiùs extrinse-
cas iniurias propulsare, nullasq; artes
potentiùs thesauris reges muniuisse,
qui & eadem hostilia arma sibi ad-
iungentes in aduersarium prouocant,
ipsamet pugnandi artificia nondum
emersa

emersa ab humanis mētibus auro æstuantibus euocant, & non vnas gentes, sed totum orbem ad sui propugnationem pelliciunt. crederem ego scientissimos illos Reges ad immanes erogationes respexisse, tùm vt posterorū memoriam in se iàm tumulatos illis miraculis retentarent, tùm, quod vtilissimā sapit politicem, vt aurum, & argentum tributorum indagine regijs promptuarijs irretitum, in egens, ieiunum, & esuriens vulgus, per gloriosa illa molimina reuolutum, pararet nouis tributis materiam. hinc factum putarem, quosdam populos suos Reges iureiurando adegisse, ne ipsorū ærarium vltrà definitum cumulum intumesceret, verentes, ne nimia sui cū extenuatione, præter illam metam, saginaretur.

Duplex enim à Principibus ærariū ad tutelam, & fortitudinem conditur, vnum: quod domi claudunt, aliud, quod apud subditos collocant: illud quāuis iners, & otiosum, strenuè operatur: summè arcanum diuulgat obsequia: maiestatem dominantis illatebratum ostentat: hoc secundum in

tanta

tanta dissipatione ad monarchiam se vnit, & in plures manus disiectum cōspirat in Principem, itàq; diuagatur, vt ad tuendam Rempublicam statim se sistat, & cum ipso dominantis auctoritas, & potentia eximiè intumescant. in vtroquè igitur euigilandum Principibus est, adijciendusq; animus, vt hæc duo æraria se inuicem compatiantur, & sine mutuo crescant detrimento.

Componit cælum vapores in pluuiam, sed nunquam totos, etiam cum liberalitatem suam magis promit, sẽper reliquos habet; exinaniret nempè aerem, & terram obrueret, si totã materiam versaret. partim igitur in suis recessibus cessare iubet, partim mittit, vt reuocet. idcircò semper ditissimũ, & quod habeat, & quod accipiat. multi ex Principibus ab hoc prudenti recedunt documento, cum, & sinant à se totum dilabi, & nihil pensi habeãt, an vndè exceptum fuerit, recumbat. quinimo, ac si molestia sitis reuersura non esset (quæ ab ipsis nunquã discedit) vel fontem illum semper æstuantes assiduè non delibarent, venam

aliò

aliò diuertunt, & perennitatem omninò tollunt.

Ex Sabaudiæ Principibus, qui in tāti æui principatu non vno genio sederunt, in vtranquè partem argumenta aduocabimus. Odoardus Amedei IV. successit in iura, sed non in regiminis temperiem, cui nempè solicitudo belli impensiùs hæsit, quam cura ditionis. at dum milites amantiùs, quàm subditos prosequitur, perijt, sine exercitu, quia nec penès se, nec apud populum thesauros fundauerat. vir impiger, indefessis lacertis, corde interrito, pugnasset inuictus, si ad imitationem fortunæ thesaurizasset; sed sicut oderat pacem, ità profusiones tātùm amauit; se, & subditos erogauit in bellum; ideò defecit ipse bello, quod continuauit in posteros. sic multos Principes abundantia diuitiarum ad rixas hortatur, quæ mox insectantur exhaustos. Odoardi liberalitas suas vires malè recognoscēs ex pingui auidum, & esurientem fecit. intolerabili tributorum auctu populum mungens, dùm se validum reputabat, quod strenuum aleret exercitum, languescebat

in dies, peritum quemque muneribus pelliciens, & vltra metam merita pensans. ventitabat vires suas in apice lætas, quas non respiciebat marcentes in basi, & cum subditorum pauperie properantes ad lapsum. famulata est illi per aliquid temporis fortuna, quæ cõtra Delphinum, Geneuæ, & Faucigni Comites victorem extulerat, cui aduersanti mox fusus cessit, disiectasque copias, sua, & subditorum inopia, sarcire prohibuit: hostilibus armis laceratam Sabaudiam externis auxilijs vindicare tentans, dum Burgundiam, Britanniam, Galliam peragrat, consanguineos, & amicos in sui subsidiũ aduocans, vitiosæ, & ineptæ dispensationis conscientia, quæ sibi malum intulerat, magis excarnificatus, quam fortunæ vicibus, opportuno fato miserias exiuit. Post quem Amedeus V. ad dominationem processit, qui paci, modestis largitionibus, & tributorum remissioni studuit, ideò pristinas vires sibi, & posteris in restauratione subditorum recollegit.

Retrocedamus sæculum, & obuiã habebimus Bonifacium, quẽ ad Taurinum

rinum ſedentem Mõsferratenſis Marchio, & Aſtenſes cum ſuo exercitu deleuerunt. milites enim ad vnum peremptiſunt, ipſum captiuum mors ſtatione indigna Principe explicauit; à quo Petrus patruus Sabaudiæ, & Morianæ Comes inauguratur, qui illicò copias ex integro reſtituit, & nouo, ac copioſiori exercitu Taurinum circumſtetit, & fame obſtinatiſſimos ciues frangente, fortalitio potitus, nepotis iniurias ad ſatietatem perſequutus eſt. quæſo accuratè hæc duo exempla libremus. Amedeus V. Odoardum aduerſus Delphinum vlciſci non potuit; quippè qui hæreditatem conſumptã, ideò duntaxat tolerandi capacem, nõ repoſcendæ vicis iniuerat. Nam Odoardus bello preſſus rebus ſuis adhuc integris ſpopõdit libertatẽ Bernẽſibus, ſi impriga manu, & opera ipsũ iuuarẽt, & promiſſis perfunctus eſt; reliquos verò ſubditos portoriorum exceſſu confecit. ſic inconſiderata prodigentia, ex ſubditis partim manumittẽdo, partim paupertate exhautorando, nullos ſibi vendices reliquit, & ſuorum bonorum decoctor, cum ipſis perierat,

ni Amedeus, vt instauraret potiùs quã vteretur, profligatæ hæreditatis dispẽsator accessisset. quam ex aduerso florentem, & splendidam Petrus à Bonifacio accepit Principe, etsi bellige-ro, atque nimis acri, & præsenti animo, cui prouocata fortuna quondam aduersata est; attamen populos suos non pessundederat, nec, vt voluptates impleret, exinaniuit, nec vt exteros saginaret, ad vltimam pauperiem detrusit: ideò vltorem sui meruit successorem habere, cui materiam ad vlciscendum idoneam reliquerat, subditos videlicet magnitudine tributorum non obrutos, nec expilationibus interemptos, sed tales, qui Principis necessitatibus occurrere, & ad nouas copias contrahendas stipendia suppeditare potuerunt. solidum adhuc latet argumentum, Odoardus ampliorẽ moderatus est principatum, qui sub Bonifacio arctioribus limitibus claudebatur. ne hæsites, an camporum vastitas, vel opes subditorum potentem Principem præstent. nec te diutiùs torqueat, cur paruæ monarchiæ maximum creuerint. coloni diligentia plus ex pau-

cis terræ iugeribus legit, quam ex innumeris dissidia, & iners cultus.

Dupliciter Cælum ad tyrannidem vergens, terrarum, vel temnit obsequia, vel despicit humilitatem. videlicet, cum inordinatio ventorũ, aeris, mundique leges confundit, ac ab vna in aliam plagam vapores deportat. alibi agglomeratæ tumidantur nubes, alibi rarescunt, inundantur alicubi terræ, alicubi frustrà humiditatem exorant siticulosæ. conflatur enim ex cõtrarijs mundus; alia sedatè viuunt, alia per tumultus vegetant. quædam ad feriendum nata sunt, quædam, vt quatiantur. aeris regio ex pulsibus gubernatur, qui persæpè mites, aliquando immoderati, frequenter dimouēt seditiosè. nam sicut hominis vita per incompertos nobis euentus, sed à natura definitos, & sibi notissimos festinat ad exitum; febres vrunt, dolores lancinant, abrupta præcipitant, gaudia laxant, mæsta constringunt; ità mundus per varios casus in suum finē, quanuis remotiorem lentissimè pergit perfectam sanitatem, & manentem compositionem, non nisi æterna circun-

cunferunt; morbi vexant casura: suus interitus mundum expectat; ideo peruertuntur aliquando ipsius leges, & valetudo frangitur. turbatores venti meliorem mundi partem disponunt; quare mirum non est, quod aliquando disturbetur aer à seditiosis istis gubernatoribus, & partem telluris humorum copia strãgulet, partem torqueat inopia; non enim omnium plagarum tonus, & temperies ad vnguem excoli potest.

Validissimi Aquilones, & Austri afflant principatus, non omnibus sedet quies, multi ab impetu feliciâ auspicãtur, & ex vehementi cõmotione gloriosa, & maxima satagunt eruere, quorum motus cæterorum rumpit otium, coguntur què multæ gentes eam pacẽ exuere, quam vna non probat. tunc inuadente morbo non duntaxat abrũpitur regiminis sanitas, quæ in definita proportione stat, sed & tributorum mensura distorquetur. bella enim, instrumenta, vel belligeros ex remotissimis partibus desiderant: apud exteros, vel hostes conciliandi sunt pensionibus amici, legationibus solicitandæ

clien-

clientelæ, continenda fœdera, ineundæ societates. multùm interest arcana prænoscere, synceras amicitias, vel oblitas distinguere, minaces animos præcauere, armatos, vel precibus lenire, vel tempestiuis armis frangere. ad summum hæreo, an bellorum secreta plus pecuniæ abscondant, quàm vorent exercitus. quare in vrgentissima dissipatione inueteratus disiliat ordo necesse est: sed in pace bonus dispensator, non malè erogabit in bello. suæ sunt Principi sibi præfigēdę metę, collimare in necessaria, inutilia declinare. magis vrgent insumptus? accuratius distribuendum est. expedit exterorum dilatare pensiones? cogendę sunt domesticæ. conscribendi sunt milites: exhautora venatores, musicos, histriones, auium turbam, canum greges: ex delitijs partim supprime, partim differ, partim castiga, & cedent bella populis, si non grata saltem non intolerabilia, aut si prement, non iugulabunt.

Actum sæculum produxit Principes eiusdem sobolis, genio, & prudentia longè diuersos. Franciscus I. exortus ad regnum bellator cum bellorum

comitatu regnauit, & excessit; quæ ipsius administrationem laudabiliorē ediderunt. nam & sustinuit bellorum pondera, & sumptibus par fuit, & correxit aduersa, & reparauit exitiosa. æs alienum, si quod conflauerat dissoluit; externos, quos ad sua vexilla prouocauit, immuneratos non dimisit, promissis stetit; facta verbum concomitantia, & obseruatam fidem, apud omnes gentes euulgauit. hæreditas tamē ipsius inter tot processus, & dissidia rerum, opulentum regnum, congestamquè pecuniam Henrico filio detulit. sed quam iste, necnon Henricus III. à patre, & auo alieni imperarunt? qui paucioribus bellis adacti, & minoris molis, edictorum phiscalium promulgatione renascente in dies, nouos magistratus, noua officia, noua portoria meditabantur; oneribus incuruata fremebat plebs, stipendiorum ieiuni querebantur milites; accommodatā pecuniam supplicationibus fessi reposcebant creditores, patrimonium regium oppignoratum, rex vacuus, populi inopes, cuncti eneruati, & opus nullū laudabile contextum. peribat certò

regnum

regnum, nisi reges maturè perijssent; vnde nam labefactatio regij fastigij? à luxu: ab insanis sumptibus: proue-hebantur ad honores minùs cōspicui, immeritis conferebantur officia, in prauos vsus disperdebatur pecunia. placidum mare gubernatoris obtendit incuriam, æstuans imprudentiam ar-guit, vel plectit. grassantur bella, & eo tempore vesanas moliris erogatio-nes, quas nec pax toleraret? caue tibi, impendet naufragium.

Vapores, qui ad alias regiones ven-torum pulsu transmigrant, in pluuias decidentes multoties per flumina in suas sedes, quanuis distractas relabun-tur, nonnunquam diminuti, aliquan-do aucti. sic quod suum cælum rapit Ægypto, si non refundit in imbres per Nilum reddit. quot populos bella di-tarunt, quot gloriam, quot decus ad-diderunt? multis regibus ipsum occu-buisse, incrementum gloriæ fuit. Fran-ciscus iratā fortunam periclitatus est, & perniciem, apparatus bellicos disie-ctos vidit, copias dissipatas, se obses-sum, oppugnatum, captum, grandi pecunia è carcere se & filios eduxit,

 copias

copias instruxit, exercitus reparauit, opes stabiliuit, limites porrexit, prudētia, moderatione insumptuum, considerata administratione iniquam fortunam collisit, benignam sibi fabricauit, Gallicam potentiam extulit; ostētauit mundo immensas vires regnum illud comprehendere: ditionem extēdit, nullos contudit, nouis, & veteribus populis salutaris vixit, quos diuites ex tot prælijs è viuis erumpēs reliquit. verte hæc omnia cum de Henrico III. fandum est, ità vt magis ineptæ & luxuriosæ procurationi, quàm bellorum voracitati regna succumbant.

Secunda tyrannidis causa adscribēda est rapacitati solis, cuius radij nullo frigidorum syderum influxu mitigati, petulanti haustu terram sorbent, degulatum obliguriunt, vapores dissipant, nullumquè cætum illis concedunt. attamen tunc tellus, licet deprauata diuitias suas frustra non expectat, quæ adhuc sibi imminent, vexationesquè temperat spes recuperandi thesauros, qui non abierunt; sed apud eum Principem custodiuntur, cuius auiditas in liberalitatem vergere consueuit.

auaritia propudiosum Principi vitium est, minus tamen detestandum prodigalitate, nam quod rapuit, potest reddere illiberalitas, prodigentia vero vires suas destruit, & impotentem se facit, ac ad nocendum acutissimis stimulis incessanter se vellicat, quos aliquando in auaro Principe auri copia fregit. depauperauit populum auaritia Tiberij, sed potuit in magna difficultate nummaria afflictum erigere accommodato millies sextertio in triennii tempus gratuito; quod à Nerone & Caligula exhaustis, & imparibus ne quidem vanissimum erat cupere, sed impossibile exorare. sicut vitia, quę extrema tenent, fœdissimè dehonestant Principem, & in principatus euersionem conspirant, ità virtus, quæ in tēperamento sita est, non modò lucet in ipso, sed dirradiatur in subditos, & vtrosq; fœcundat.

Henrici IV. administratio ab illa optimi Principis semper indiscreta, malum regimen Henrico II. & III. prędecessoribus suis apertissimè exprobrauit. ad regnum euectus, bellicis excursionibus delimatum, & exesum

omnia abūdè patrauit, quę regis erāt, & opulentam gazam tum domi ſtruxit, cum apud inſtauratos ſubditos regijs vſibus indeficientes condidit opes; toti Europæ formidabilem ſe preſtiterat, & vectigalia antiquum tenorem non demutauerant; cum alij in tanto exceſſu vix quiquam dignum operati ſint. Vis maximis, vis potentiſſimis annumerari, computa res tuas, atque ad numerum, & menſuram age.



COME-

COMETEM TERTIAE *aeris regionis nubem esse, rariorem quidem, ideò illustrem, & quæ syderum fulgorem, & cursum æmuletur.*

Caput XV.

NEqueunt maxima, proferre minima, adnitente natura, ne deprauatè fœtarer: cùm cæli venustatè suam explicant, igneos orbes producunt, & varietate luminis, & diuersitate globorum elegantissimè scenam ornant; cùm horrescere meditantur, horrorum accessione formidolosum instruunt apparatum. in omnibus, vel placidè delectant, vel horrendè displicent. immensa laxitas nō creuit ad mediocria. non ne, cùm procellas meditantur sydera, ad terrorem satis superquè facta erat nubium imago, ac intempestiuus vesper nullo sti-

patus crepusculo, & dubius depulsi solis euentus mortalitatem impensè turbabant, ni copiosos gemitus ferales ventorum sectarentur voces, & minacissimi mugitus vltima detonarent supplicia, superquè omnia monstra, quasi ad mundi pyram comburendam crebra micarent fulgetra, vel coruscationes reffugientibus aciebus caliginē obtruderent? sed tanto satellitio decreuerat natura, vel tenebras stipari, ne aliquod non maximum ex amplissimis ederetur.

De ignibus pluuijs insertis, & vt ità dicam, aquarum alumnis sermonem inibimus, ne tamen intolerabilia me fari putes, si ignem in aquis enutriri pronuncio, ad istius naturam in primis diuerto, quam emendatissimam, & omni forde expolitam in hanc vsquè diem periclitatus est nemò: nihil intimius adigitur, & nihil in tota natura minùs adactum. cætera elementa, quamuis inuoluta, simulacrum sui ventitant, sensusquè nostri sic illa perambulant, vt hi qualitatum, & temperierum notitiā perdiscāt. licet enim sint infecta, & inter se mutuo

ſordidata confluxu, attamen ſui ita exſcribunt naturam, vt poſſit mēs noſtra ex conſpurcata arbitrari de caſtigatiſſima, quę prima creatione manauerat. ſed vel inepté correctū nunquā vidimus ignem; flamma aer incenſus eſt carbones exuſta tellus; ità vt in diluuijs maximum effluat aquarum, in incendijs minimum ignis eructetur; eo quod iſte ſe ipſum non regens, rebus inferatur, & dum mendicat adminicula potius alia, quàm ſe ipſum declaret. cuius ſpeculatio nos aduertit, quantum cæcutiamus in cognitione rerum, ſi per quod ferè cuncta elucent ignotiſſimum eſt, & cæteris lucidius ſenſibus noſtris magis abſconditur.

Dum iſta pondero magnum naturę demiror artificium fugaciſſimi deuinciendi elementi, quod duriſſimis etiā lapidibus copioſum contexuit, adeòquè diſpoſuit, vt captiuitatem ſuam non ſentiret, è qua nonniſi verberibus actum exilit, adeò arctis vinculis lubriciſſimum irretitur. molli primum, blandoquè captum aucupio laxis retijs inuoluitur; quæ mox tenſa illud ſeuerè obligant, omnem conuolandi

aniam circumcidentia, & profectò venatrix natura solerti actu flammæ volatus aucupata est, hanc pabuli capiens dulcedine, & amicitiæ specie coercens. ignis enim laqueus aer est, qui similitudine substantiæ, & nutrimenti liberalitate profugum sistit, sibique coniungit, subindè aquis, & terræ cōciliat. huius rei seriem, vt adipiscamur, prius aeris temperamentum peruulgabimus.

Hunc indiscretum, sibiquè continuum, solis, terræque vicinia perpulit Philosophos, vt tergeminum facerent; vaporum quippè multitudo natiuam tēperiē ascititia corrūpit, & nobis verā synceri elemēti cognitionē obumbrat, quod naturalium scrutatores in sua sphæra nullius mixtura, & contagione inquinatum, calidum, humidūquè deprehenderunt. quæ humiditas aqueam cruditatem non sentit, nec ignem refugit, vel valido calore percussa crepitat, sed vlteriorē perfectionem adepta, curiosè præparata, excessuquè libera, iucundissima qualitatis moderatione insignitur. oleosa, pinguisquè est, igniquè aptissima pa-

stio.

ſtio. hic enim cum tanto diſcrimine ab aqua, terriſquè diſtaret, ijs inſeri non poterat, niſi aliqua natura me-dia tanquam caduceatore intrudere-tur. nequè tantùm aer in terram, & aquam ignem introducit, ſed retinet, & ad omnia opera ſiſtit voracitati ſuę ſe ipſum in alimoniā ſuggerens; nam aliter ſummum otium, ęternaſquè fe-rias terræ agerent.

Chymici ſulphur tertiū naturę prin-cipium definientes aerem, & ignem in hoc vno comprehenderunt, tanquā illa, quę dū morantur apud nos ad in-uicem diſcriminari non poſſunt: & verum exuſtio, aut deflagratio hæc duo inibi elementa, ſe inuicem com-plexa eſſe planè demonſtrat. ità tamē, vt cum aerem exhauſeris, ignem ex-tinxeris. hanc viam viuentia omnia vſque ad interitum percurrunt; nam vitam, calor pingui hærens, inſtituit; qui ipſum atterens, & deuorans ſibi lētè ſurripit pabulum, quo defectus iu-gulatur. hoc palàm obſeruamus in ijs, quæ naturaliter moriuntur. ex com-buſtibus enim alia per gradus vrun-tur, alia igne tacta fatiſcunt. prout

alienis mixturis fœdata sunt; fiunt alēdo igni opportuna, vel imparia. quod licet satis conspicuum sit, luculentius tamen apparet in quibusdam ad hoc nata, vt flammam non inuitò concipiant, quorum duo longè diuersa ad plenissimum documentum, & rei nostræ elucidationem recensebo, sulphur videlicet, & nitrum. in illud sensim ignis serpens diutius viuit, ità vt tota combustio pueritiam, adolescentiam, & senectutem describat: ex aduerso nitrum impotens flammæ, accensum ex templò disijcitur, constat enim sulphur defæcato aere, quo amica flammula delectatur, ideò fruitionem producit. nitrum aereā quidem humiditatem continet, sed aquea inquinatam, quæ ab introducto calore (quē tanquā hostē auersatur) rarefacta præcipitat fugam, totumquè mixtum discerpit in frustula, & nutrimentū flāmæ disgregans, ipsam conficit.

Sic statim dimittitur societas hostili semine polluta, fidentiorem, magisq; perennem syncera sanciunt natalia: sulphur, terræ oleum est, totum amicū flammæ, quam iugi nutrimento pascit:

scit: è contra nitrum promiscuo imbutum humore, acreo scilicet, & aqueo ignem ad se trahit, quem non patitur. nihilquè magis officit mortali generi, quam harum duarum humiditatum infensissima comitas, quæ oppositis factionibus conflata in mortaliũ vastationem conspirat. nam ab amica introductus ignis, dum in hostilem offendit, tota moles illicò euertitur.

Combustiones omnes, quæ in prima, & secunda aeris regione cõfestim perituræ nascuntur, sulphur, nitrumq; fætent, quorum vnum arcescit ignem, aliud non regit, & citissima fuga deludit. de ijs acturus superuacuum dux repetere, quo officio defungatur vrẽs sulphur in terris cũcta vegetans, atque ad ortum incrementum, & maturitatem excitans, disponens, & solicitans. hoc licet tot dotibus prægnans, suas tamen operationes ex rerum interitu orditur, primosquè motus à sui consumptione deducit. nequè duntaxat se ipsum, sed & aquam in halitus absumit. hinc iugis à terra in cælos essumatio, de qua iam centies exaratum est. vndè fit vt vicini aeris inflammationes

tiones extemporaneę sint, & in certo cursu diuagantes in fauillas confestim occidant. nam in tanta vaporum turba exhalationes sine horum comitatu coire non consueuscunt, quæ sibi aduersantiũ vnio insidiosa, cum primum illuminatur, in dissidium abeat necesse est.

Si mortalium ... norum confœderationes illustrari possent, quàm paucæ consisterent! multæ profectò insolentiùs concreperent, & grauius putrerent. sic in mundo nullum fœdus certum, mansurumq; est, quod non probauerit ignis, qui solus simultates, & odia in simulatis compagibus reuelat. flammæ igitur longæuam ætatem sulphuri dabis, quod synceram alimoniam suggerit; breuiorem verò adscribes nitro, quod ex oppositis coalitum incensum fulgurat.

Si quid oculorum curiositatem euocat, ignes cælestes sunt, qui aures prius, dein visum, & supercilium erigunt. sed inter tot miracula, nihil curiosius ipsa figura spectatur, quæ etiam mentes in contemplationem sui aduertit; cum aliòqui tam leuis existimationis

sit,

sit, vt penitus nullam speculationem demereatur. natura (ni aliquod ipsius desiderium peruertat) orbes affectat, centro scilicet, & æquali circumferentia vallata sua designat opera, eam præfigens figuram, quæ extrinsecus occurrentibus minus obnoxia magis resistat, cum plus vnionis, & viriũ nanciscatur. sed venti, aerisque hoc naturæ propositum interturbat impetus, aut suborientis ignis promptitudo persæpè nondum absolutum facinus occupat, vel q̃ frequẽtissimè obuenit, nitrum sub inflammationis exordio impetuosè saliens, sphæram frangit, elungat, dilatat, & inæqualissimi metri fortuitum corpus nobis obijciens, naturæ studium abscondit. non igitur hæc insequemur spectra, quæ ignis deformat temeritas: sed horridos refutantes conspectus, ad causas minùs formidolosas quo magis abditas descendemus, quas vt adipiscamur, ad terram conuersi, ignis naturam si fieri vlterius poterit, illustrabimus.

Lux ignẽ semper comitatur, sed nõ cõbustio, quã pingui, & apræ materie deberi multa conuincunt; & in primis

aer

aer, de se hoc promit experimentum, qui humida non præstat, quæ afflat, nisi coiuerit; crassefactus enim quæcumq; attingit oleoso lentore maculat. sic ignis, quò densiori figitur materia, eò vehementius torrefacit, per tenuissimam distributus vstionis impotens est, quamuis è longinquò luminosus appareat. talis emicat in bitumine, quod stipulæ, & paleę impunè permeant. talis hominum vestimēta lingit, talis è sepulchris, vel paludibus resultat, talis ex oculis licet raro diramatur, quem, cum ex consueto nō cremet, & grassetur, fatuum appellant, vt pote, qui rationem sui perdidit. aer igitur opportunum ignis pabulum est, sed nisi densatus non alit, & ignis, nisi collectus, & spissus nō pascitur, neuter in sua sphæra nutrire, & vrere potest, quia distractus, & carminatus est; vterquè verò apud nos in crassa materia pressus, & adductus, intensè calefaciunt. hoc sydera, & humanum corpus declarant; cælestis enim ignis, ità innoxius est, vt vix caloris compos sit. idem verò in corporibus conditus, & coactus apertissimè deflagrat, ità vt

nisi

nisi humidum reparetur intra paucos dies totum sibi diripiat. eodem pacto aer stellis citimus, ob tenuitatem suam ignem non sustinet, qui in corporibus compactus hũc diutissimè regit. ad summum summa tenuitas futilis, & inanis est, mediocris verò crassities ad comburendũ vtilissima probatur.

Ab hac mediocri crassitie suas flammigeras machinas architectatur aer, vagis enim exhalationibus definiendò limites, in corporis speciem minutissima coniungit, quæ sicut diuulsa insitum ignem celant, ità pressa, & cõgesta potentissimum euomunt. quam opinionem ab omnibus receptã manifestãt fulmina, quę, dum sulphureas, & nitrosas exhalationes in nubes deprehensas insectatur frigus, easque obruere meditatur, arctat, & accendit. sic virtutem commendat oppressio, & angustiæ ex obscuro in apertum demittunt. exortus, & ascititius vigor facilè debellatur; insitus verò oppugnatione recreatur, & conualescit. non intendit calorem frigus, sed cogit soporatũ euigilare, longa quippe pace eneruatæ opes firmantur bello.

exha-

exhalationes ab amico calore disperduntur imbelles; hostilis frigoris iniuria lacessitæ vires sarciunt, acuuntque furorem, qui eò fortior est, quò illæ duriori carcere cohibentur, nec vnquã audaciùs frendunt, quàm circunuente, & obuoluta nubibus; quarum mugitus ad fulguris naturam rimandam me impellit.

Fulgur bellici tormenti, strepitũ ità planè æmulatur, vt hominum accuset inscitiam, qui horrendam machinam serò didicerint, & pugnatricem artem à cælo tanto rumore declamatam, totque luminibus illustrem, antehac non intellexerint. de qua vtinã serius edocti, aut pessimùm nunquam eluxisset inuentum. non secus ac nitratus puluis per tormentorum ora terribili prorũpit sonitu, accensa exhalatio nube exploditur; modò vanescens, modò tenax, modò ad lapidis soliditatem durata, modò atroci veneno peruncta seueriùs putore, quam quassu prosternit, & quod magis dolendum mortalibus est, in tot deuastationibus locus lamentationi non vacat: verberati iniustè querimur, & incendia iniquè deplo-

deploramus; comburrunt terram cęli, quos insimulare profanum est, neque illos reuerentia, aut altitudo protegit, sed iustitia, venenis affligunt, quæ expirauimus, ignibus puniunt, quos trāsmissimus, mala reddunt, quia non bona dedimus.

Terrę prouentus boni, maliquè cōtinuatis fumis litant syderibus, suaq; præsentant donaria, benigna, & noxia. detegit cælum, quod furtim euaporauit, rebellesque congerens in fulmen halitus puritatem illam infausto tributo vexantes, iniuriam vlturū in terram præcipitat obuia ictu, flammisquè prosternēs, iisdemque fætibus subditi ausum retundit. potest tellus in suis cauernis prolifica virulentis impunè confundere; sed impura mistione superos non fædabit inulta; lux illa reuelat minima, & maculosa ab integris, & mundis seuerissimè disgregat.

Liquidissimum igitur est, antiperistasim aerem incendere, & exhalationes nonnisi impulsas coire, ac in vnā coactas subornari molem: coitionem verò calorem, & ignem expergiscere: non dissimili artificio vtuntur cæli in

eruen

fundit, quantùm surripit.

In admirationem rapior, dum perpensito terram toti mundo æquiparatam punctum esse, & indimensam mundi vastitatem ad hoc punctum referri: apud nos vnus procurator amplam ministrat Prouinciam, & in mundo infiniti procuratores ordinantur ad pusillum vnam ad terræ beneficium sydera, & cœli cursus suos, & influentias impendunt: mirum igitur nõ est, si in copiosa, & solertissima tutela nõ modò labentibus temporibus non cõsenescat; sed cũ toto suo robore æternetur.

Philosophi fumorum volumina à terra ad cęlos iugiter fluentia acutissimis suspexerunt aciebus, eosdemque vsque ad ignis sphæram perspicacissima mente concomitati sunt. Dignissima profectò cura, & diligentia, si sicut vapores in pluuiam redierunt, ità quod exhalationum à terris auferri cognouerunt, restituissent: aut sicut viam indagarunt ad ascensum pari sollicitudine in recursu quæsiuissent: sed boni viri de reditu non cogitarunt, & quantum ad ipsos iam tabefacta tellus

emar-

emarcuisset, ac vegetantibus spoliata spiritibus exanimè corpus iaceret. Potior solicitudo cęlos incessit in rē nostram negotiosos, summèq; anxios, ne exucta tellus de consueta fertilitate decederet. grauissima videbantur impedimenta tantùm opus destruere; nā dum reficienda erat tellus, recusabant reuocari halitus, leuitate sua regressus iussa aspernantes. sed expertissimi opifices difficultates omnes summa peritia euaserunt; illis enim liquebat leuissimum surgere, ponderosum deprimi, multorumq; leuium congestione grauitatem induci. ideò in minimorum vnionem conspirarunt, exilibusq; sua sarcina degrauatis recursum ad terras perscripserunt. hinc eleuatissimarum nubium origo. nàm licet obueniat frequenter propè nos à ventis cogi exhalationes, & intendi calorem, vnde flamma concipiatur, ex qua fauillæ, & crassiora fragmenta decidant. quinimò copiosa vrigo ex ignitis aeris machinis frequenter labatur, & etiam stellæ, aliæq; igniferæ figuræ interdiù noctuq; igne non violatæ suo onere ad ima rapiantur. porrò exhalationes
multæ

alienis mixturis fœdata sunt; fiunt alẽdo igni opportuna, vel imparia. quod licet satis conspicuum sit, luculentius tamen apparet in quibusdam ad hoc nata, vt flammam non inuitò concipiant, quorum duo longè diuersa ad plenissimum documentum, & rei nostræ elucidationem recensebo, sulphur videlicet, & nitrum. in illud sensim ignis serpens diutius viuit, ità vt tota combustio pueritiam, adolescentiam, & senectutem describat: ex aduerso nitrum impotens flammæ, accensum ex templò disijcitur, constat enim sulphur defæcato aere, quo amica flammula delectatur, ideò fruitionem producit. nitrum aereã quidem humiditatem continet, sed aquea inquinatam, quæ ab introducto calore (quẽ tanquã hostẽ auersatur) rarefacta præcipitat fugam, totumquè mixtum discerpit in frustula, & nutrimentũ flãmæ disgregans, ipsam conficit.

Sic statim dimittitur societas hostili semine polluta, fidentiorem, magisq; perennem syncera sanciunt natalia: sulphur, terræ oleum est, totum amicũ flammæ, quam iugi nutrimento pa-

scit:

ſcit: è contra nitrum promiſcuo imbutum humore, aereo ſcilicet, & aqueo ignem ad ſe trahit, quem non patitur. nihilquè magis officit mortali generi, quam harum duarum humiditatum infenſiſſima comitas, quæ oppoſitis factionibus conflata in mortaliū vaſtationem conſpirat. nam ab amicā introductus ignis, dum in hoſtilem offendit, tota moles illicò euertitur.

Combuſtiones omnes, quæ in prima, & ſecunda aeris regione cōfeſtim perituræ naſcuntur, ſulphur, nitrumq; fætent, quorum vnum arceſcit ignem, aliud non regit, & citiſſima fuga deludit. de ijs acturus ſuperuacuum dux repetere, quo officio defungatur vrēs ſulphur in terris cūcta vegetans, atquè ad ortum incrementum, & maturitatem excitans, diſponens, & ſolicitans. hoc licet tot dotibus prægnans, ſuas tamen operationes ex rerum interitu orditur, primoſquè motus à ſui conſumptione deducit. nequè duntaxat ſe ipſum, ſed & aquam in halitus abſumit. hinc iugis à terra in cælos efflumatio, de qua iam centies exaratum eſt. vndè fit vt vicini aeris inflammationes

tiones extemporaneę sint, & in certo cursu diuagantes in fauillas confestim occidant. nam in tanta vaporum turba exhalationes sine horum comitatu coire non consuescunt, quæ sibi aduersantiū vnio insidiosa, cum primum illuminatur, in dissidium abeat necesse est.

Si mortalium ... norum confœderationes illustrari possent, quàm paucæ consisterent! multæ profectò insolentiùs concreperent, & grauius puterent. sic in mundo nullum fœdus certum, mansurumq; est, quod non probauerit ignis, qui solus simultates, & odia in simulatis compagibus reuelat. flammæ igitur longæuam ætatem sulphuri dabis, quod synceram alimoniam suggerit; breuiorem verò adscribes nitro, quod ex oppositis coalitum incensum fulgurat.

Si quid oculorum curiositatem euocat, ignes cælestes sunt, qui aures prius, dein visum, & supercilium erigunt: sed inter tot miracula, nihil curiosius ipsa figura spectatur, quæ etiam mentes in contemplationem sui aduertit; cum alioqui tam leuis existimationis

sit,

ſit, vt penitus nullam ſpeculationem demereatur. natura (ni aliquod ipſius deſiderium peruertat) orbes affectat, centro ſcilicet, & æquali circumferentia vallata ſua deſignat opera, eam præfigens figuram, quæ extrinſecus occurrentibus minus obnoxia magis reſiſtat, cum plus vnionis, & viriũ naciſcatur. ſed venti, aeriſquè hoc naturæ propoſitum interturbat impetus, aut ſuborientis ignis promptitudo perſæpè nondum abſolutum facinus occupat, vel ꝙ frequētiſſimè obuenit, nitrum ſub inflammationis exordio impetuosè ſaliens, ſphæram frangit, elungat, dilatat, & inæqualiſſimi metri fortuitum corpus nobis obijciens, naturæ ſtudium abſcondit. non igitur hæc inſequemur ſpectra, quæ ignis deformat temeritas: ſed horridos refutantes conſpectus, ad cauſas minùs formidoloſas quo magis abditas deſcendemus, quas vt adipiſcamur, ad terram conuerſi, ignis naturam ſi fieri vlterius poterit, illuſtrabimus.

Lux ignē ſemper comitatur, ſed nō cōbuſtio, quã pingui, & a præ materie deberi multa conuincunt; & in primis

aer

aer, de se hoc promit experimentum, qui humida non præstat, quæ afflat, nisi coiuerit; crassefactus enim quæcumq; attingit oleoso lentore maculat. sic ignis, quò densiori figitur materia, eò vehementius torrefacit, per tenuissimam distributus vstionis impotens est, quamuis è longinquò luminosus appareat. talis emicat in bitumine, quod stipulæ, & paleę impunè permeant. talis hominum vestimēta lingit, talis è sepulchris, vel paludibus resultat, talis ex oculis licet raro diramatur, quem, cum ex consueto nō cremet, & grassetur, fatuum appellant, vt pote, qui rationem sui perdidit. aer igitur opportunum ignis pabulum est, sed nisi densatus non alit, & ignis, nisi collectus, & spissius nō pascitur, neuter in sua sphæra nutrire, & vrere potest, quia distractus, & carminatus est; vterquè verò apud nos in crassa materia pressus, & adductus intensè calefaciunt. hoc sydera, & humanum corpus declarant; cælestis enim ignis, ità innoxius est, vt vix caloris compos sit, idem verò in corporibus conditus, & coactus apertissimè deflagrat, ità vt nisi

nisi humidum reparetur intra paucos dies totum sibi diripiat. eodem pacto aer stellis citimus, ob tenuitatem suam ignem non sustinet, qui in corporibus compactus hūc diutissimè regit. ad summum summa tenuitas futilis, & inanis est, mediocris verò crassities ad comburendū vtilissima probatur.

Ab hac mediocri crassitie suas flammigeras machinas architectatur aer, vagis enim exhalationibus definiendò limites, in corporis speciem minutissima coniungit, quæ sicut diuulsa insitum ignem celant, ità pressa, & cōgesta potentissimum euomunt. quam opinionem ab omnibus receptā manifestāt fulmina, quę, dum sulphureas, & nitrosas exhalationes in nubes deprehensas insectatur frigus, easque obruere meditatur, arctat, & accendit. sic virtutem commendat oppressio, & angustiæ ex obscuro in apertum demittunt. exortus, & ascititius vigor facilè debellatur; insitus verò oppugnatione recreatur, & conualescit. non intendit calorem frigus, sed cogit soporatū euigilare, longa quippe pace eneruatæ opes firmantur bello.

exha-

exhalationes ab amico calore dispercduntur imbelles; hostilis frigoris iniuria lacessitæ vires sarciunt, acuuntque furorem, qui eò fortior est, quò illæ duriori carcere cohibentur, nec vnquã audaciùs frendunt, quàm circunuente; & obuolutæ nubibus; quarum mugitus ad fulguris naturam rimandam me impellit;

Fulgur bellici tormenti, strepitũ ità planè æmulatur, vt hominum accuset inscitiam, qui horrendam machinam serò didicerint, & pugnatricem artem à cælo tanto rumore declamatam, totque luminibus illustrem, antehac non intellexerint. de qua vtinã serius edocti, aut pessimùm nunquam eluxisset inuentum. non secus ac nitratus puluis per tormentorum ora terribili prorũpit sonitu, accensa exhalatio nube exploditur; modò vanescens, modò tenax, modò ad lapidis soliditatem durata, modò atroci veneno peruncta seueriùs putore, quam quassu prosternit, & quod magis dolendum mortalibus est, in tot deuastationibus locus lamentationi non vacat. verberati iniustè querimur, & incendia iniquè

deplo

deploramus; comburrunt terram cęli, quos insimulare profanum est, neque illos reuerentia, aut altitudo protegit, sed iustitia, venenis affligunt, quæ expirauimus, ignibus puniunt, quos trāsmissimus, mala reddunt, quia non bona dedimus.

Terrę prouentus boni, maliquè cōtinuatis fumis litant syderibus, suaq; præsentant donaria, benigna, & noxia, detegit cælum, quod furtim euaporauit, rebellesque congerens in fulmen halitus puritatem illam infausto tributo vexantes, iniuriam vlturū in terram præcipitat obuia ictu, flammisquè prosternēs, iisdemque fætibus subditi ausum retundit. potest tellus in suis cauernis prolifica virulentis impunè confundere; sed impura mistione superos non fædabit inulta; lux illa reuelat minima, & maculosa ab integris, & mundis seuerissimè disgregat.

Liquidissimum igitur est, antiperistasim aerem incendere, & exhalationes nonnisi impulsas coire, ac in vnā coactas subornari molem. coitionem verò calorem, & ignem expergiscere: non dissimili artificio vtuntur cæli in

eruen

eruenda flamma, ac in nubibus, & pluuijs cogendis; sed diuersum materiæ genium hic ad aquas, illic ad incēdia diuertit.

Superest, vt naturæ speculemur ministerium, quamuis enim feruescentia, frigoris metu iungantur, & vt istius repellant offensas, se se recipiant; attamen nihil à casu, nisi ad certam metam patratur. inexpectata nobis suo præfigūtur fine, & ad præsignatos scopos deuergunt, vltra quos nec vehementissimus Aquilo mobile folium de suo otio deturbat. qua de causa dignum putamus indagine quorsum algor fuligines congreget, & accendat. an intendant cælestium rectores inutili spectaculo nobilitare theatrum: vel ad terrorem suam ventitare mortalibus potentiam; vel fabulam complere iocis, ac inter seuera, & placida oculos occupare spectantium. sed illi proculdubio sua longius destināt molimina. iocantur ad seria, & vagis facibus solida redimunt. quare altissimam rem pyrarum cælestium fabricā complectentem, in compēdium lucidissimè deducam,

Homi-

Hominum vita in tremula flammā posita est ne mireris quod flatu viuat, & flatu iuguletur; humidum, quod in ignem resoluitur hanc regit, sensimq; exspirat affectando mansionem suam, quæ altissima est. sic pretiosa syderum pars sensim nos deserit, illuc proficiscens, vnde discesserat, cuius iactura terreo alimento, non tamen idoneo reparata efficit, vt tenuissimus spiritus crassescat, ac quotidiè terrę reddamur viciniores, & in mortem præcipitemus, quia materia primigenię pinguedini congrua non suffragatur.

Pereundum igitur nobis est, cum ex opposito tellus, nec intereat, nec ad senium vergat, incorrupta virilitate, quinimò singulis annis suum florem resumat, & cùm videtur marcescere, viuidissimè integratur, hyemisq; canis veris emat viriditatem. attamē pręter aqueam humiditatem, quę in vapores soluitur, insitum etiam telluris humidum, quod sulphur est, continuò emungitur, calorq; in tanta rerū parturitione irrequietè transpirat, nec terræ vigor consumitur, quia fideliorē nutricem sortita est, quæ tantùm re-

fundit

fundit, quantùm surripit.

In admirationem rapior, dum pensito terram toti mundo æquiparatam punctum esse, & indimensam mundi vastitatem ad hoc punctum referri: apud nos vnus procurator amplam ministrat Prouinciam, & in mundo infiniti procuratores ordinantur ad pusillum: nam ad terræ beneficium sydera, & cœli cursus suos, & influentias impendunt: mirum igitur nō est, si in copiosa, & solertissima tutela nō modò labentibus temporibus non cōsenescat; sed cū toto suo robore æternetur.

Philosophi fumorum volumina à terra ad cęlos iugiter fluentia acutissimis suspexerunt aciebus, eosdemque vsque ad ignis sphæram perspicacissima mente concomitati sunt. Dignissima profectò cura, & diligentia, si sicut vapores in pluuiam rediderunt, ità quod exhalationum à terris auferri cognouerunt, restituissent: aut sicut viam indagarunt ad ascensum pari solicitudine in recursu quæsiuissent: sed boni viri de reditu non cogitarunt, & quantum ad ipsos iam tabe facta tellus

emar-

emarcuisset, ac vegetantibus spoliata spiritibus exanime corpus iaceret. Potior solicitudo cęlos incessit in rē nostram negotiosos, summeq; anxios, ne exucta tellus de consueta fertilitate decederet. grauissima videbantur impedimenta tantùm opus destruere; nā dum reficienda erat tellus, recusabant reuocari halitus, leuitate sua regressus iussa aspernantes. sed expertissimi opifices difficultates omnes summa peritia euaserunt, illis enim liquebat leuissimum surgere, ponderosum deprimi, multorumq; leuium congestione grauitatem induci. ideò in minimorum vnionem conspirarunt, exilibusq; sua sarcina degrauatis recursum ad terras perscripserunt. hinc eleuatissimarum nubium origo. nàm licet obueniat frequenter propè nos à ventis cogi exhalationes, & intendi calorem, vnde flamma concipiatur, ex qua fauillæ, & crassiora fragmenta decidant. quinimò copiosa vrigo ex ignitis aeris machinis frequenter labatur, & etiam stellæ, aliæq; ignifera figuræ interdiù noctuq; igne non violatæ suo onere ad ima rapiantur. porrò exhalationes

multæ pluuijs insertæ harum ductu ad terras reuertantur. Attamen hi flammigeri loci non capiunt naturā seriò operātē, & potissimùm in longis siccitatibus grandiores, & vtiliores machinas adornātē, quibus prodigentibus terris suam opulentiam restituat arcano, nostrosq; sensus fallente commercio, cuius fortasse vestigium aliquod tertia aeris regio prodet, in quam terræ tanquam in fidissimum promptuarium exhalationes deponunt.

Est vastissima illa aeris pars sulphureis halitibus recipiendis meritò dicata, nam inibi stabulatur aer perfectissimus emaculatus, & pinguis cognatis exhalationibus libentissimè se miscens, & iungens; quas suo munere in terris defunctas diuturno opere fessas, & enerues fouet, recreat, pristinas vires insertat, & vegetiores telluri remittit; quę, vt primùm ad eam plagam pacatam, & temperatissimam aduentant, nō aliquo frigoris excessu actæ densātur, sed affini humido pellectæ, & viscatę vniuntur in globulos, pondusque adeptæ ad antiquam relabūtur mansionem; non secùs ac ros, licet solidio

ri forma, pinguisq; humidi patiente; quod si prima, & secunda regio frigidiores, crassioresq; aliquam istius humidi relabentis partem morabuntur, aut venti iactabunt, tandem vel ex se ipsa, vel cum pluuijs remeabit.

Huic me addixit sententiæ conseruatrix mundi necessitas, & iustitia bonis suis neminem fraudans. patere quidē ad astra viam, terramque cælo liberè commeare, sed hac necessitate vt vnūquodq; prima semina virtutesq; diuina liberalitate concreditas mordicùs custodiat, nec quadrās de cęlesti largitione in terris aboleatur. si syderū decreto obūbratur nubibus aer, cōcretiq; vapores in matricem suam ex cōposito redeunt, ne inuehat sterilitatē siccitas; quantò magis cauendū erat ne humidum telluris vernaculum acciderctur, detrimentumque sentiret, quod insanabili tabe magisterium, & œconomiam mundi conficeret?

Mihi videntur in orbis destructionē conspirare, qui sentiunt exhalationes post longissimum cursum tandem in sphæra ignis, tanquam in præfinito alueo conquiescere; ac si nostris mise-

rijs ditaretur opulentia cælestis: vel Deus vnumquemq; orbem ad satietatem suis bonis non expleuisset: vel expilator terrarum incederet sol. quod si è re nostra expediebat illuc exhalationes pertingere, ità eam plagam muniuerat Deus, vt hospites humanè exciperet, reficeret, mulceret, sed ex tẽplò dimitteret. nam sicut aduentus innoxius est, ità mansio diuersorium turbaret. quare concludamus necesse est eleuatissimæ aeris parti, è qua nullus ventorum, aut qualitatis prorumpit excessus, cogentem vim inseruisse Deum, quæ in tenuissimo illius aeris humido latitans non agitatione, vel strepitu, sed natiua, insitaq; placiditate fumorum instabilitatem mitigaret, dulciter perstringeret, inuitaret ad regressum. ita vt frequenter ea regio coerceatur nubibus, quæ & paruitate, & tenuitate, & altitudine oculorum non castigāt audaciam; quæ adinstar subtilissimæ pluuiæ magis noctu, quam die decidentis, prolabantur. crassum enim referunt vaporem, discretioni nostrorum sensuum haud obnoxium, tacitè terras

reui-

reuisentem, vel ab aquis absorptum, vel in superficiè iacentem, aut à rore, pluuijsquè exceptum vlteriora adeuntem.

Lucidissimo cælo tonuisse literis proditum est, & nos audiuimus. quod licet infrequens sit, portentum non sapit, nec supra naturæ leges erigitur. etiam sine frigoris ope, insito impetu exhalationes iungendi insignitur aer. nam sicut vnumquodquè naturale, quod sibi molestum, onerosumq; est, tentat excutere, ità aer, quia sua natura eruditus intelligit non posse defęcari colluuiè, nisi eā coaceruando, illi pondus imprimat; in hoc incumbit, & impensiùs vrget, cum vehementiùs degrauatur. quapropter in siccitatibus, quò tēpore exhalationib⁹ aer inūdat̄ variæ igniū imagines, & tonitrua frequētiùs turbido, aliquando sereno lucent, & crepitant, in prima, & secunda regione (in quibus hostiliter, & cum impetu propulsatæ exhalationes à rigidiori pressura incenduntur) has spectamus vstiones; sed in tertia amicè. pacatèq; collectæ ea cum placiditate se vniunt, quæ ignem non extorqueat.

 Pluit

Pluit igitur cælum palàm, vel occultò: exhalationum pluuia splendorem stellarum non occultat, obscura nobis, quia cum tenuuior sit, & modica, ideò in dēsas nubes colligi nequit. præterquam quod totū ad terras non defluit, sed aliqua pars à secunda aeris regione distenta inibi exulat. qua de causa in tempestatibus, & procellis crebræ discursant faculæ, nam à frigore extorres illæ fuligines,ità premuntur, vt reconditos exprimant ignes. dixeris exertare gladium, quo hostem repellant. in quo incendio ponderosum proruit, leue pluuia confusum ipsā sequitur: istæ tamen inflammationes in prima, vel secunda aeris regione productæ, fortuitæ sunt, quas non mādauerat natura in tertia aeris plaga vtiliores machinas meditans, sed non veretur casus se incendijs miscere, & naturæ mandata temerè corrumpere. ne discrutieris, si deliberationes tuæ, quibus correcta mens votum dederat, in finem suum collidantur, cū naturæ cæpta abortiri vides. erroribꝰ plena sunt omnia, in quos sæpissimè incurrunt, qui meliùs præuident. hæc

igitur

igitur consideratio offensam soletur mortalitatem; errores non refugere naturam.

Sed iàm stylus vsitatiora miracula despicit, dum insolentia prouocant. inobseruata antea lux illustrauit nonnunquam cælos, quæ se terræ partum ostentās aperuit, quantùm splendoris opacum tegat, & quid humile in altissimo possit. aperuit etiam tellurem semet ipsam ambitu vincere, cum vltra sui magnitudinē sobolem edat; adeoquè despectam, syderibus mortalitatē non esse, dum consortium non aspernantur nostrorum luminum. tantùm nos in bonis habere, vt nouos orbes ad erubescentiam planetarum, quos luce, & magnitudine æmulantur, vel vincunt, condamus in cælis. sed non est, cur supercilium tollamus, dum fucatę res nostrę sunt, citòq; flacescūt. futilis cometarum vastitas suum incipit interitum, cum ortu, & in partes periens, gradatim vanescit, quā inanem, & tenebrosam sol despiciens illuminat. verùm formidolosos mortales plus terret lumen, quàm tenebræ, & marcentis oraculi vanitatem ad

futura mala consulimus, nobisq; solidas calamitates ex caducissimis ominamur.

Ad comætem nulla præsagij infelicitate territus accedens, lenissimam maiestatem eò magis impauidus adibo, quo ex despicatissimo loco profecta non proteruit in altissima sede, nec tantùm induit contumaciæ, vt ad humilimos non respiciat natales, imò proximior occasui est, quò fulget intensiùs.

Eleuatissimam aeris regionem terrã fuliginibus adoriri inculcatum iàm est, itá tamen, vt, quod fæculentum, & viscidum est, in vicino aere commodiorem prçstoletur regressum, defæcatissimum verò beatioribus regionibus non exclusum, in correctissima plaga latè fundatur; vbi non ventis, vel aliqua inclementia actum, ipsius duntaxat placidi aeris benignitate, & quadam affini mollitie sine tumultu cogitur, & tunc suo pondere ad regressum solicitatur. verùm, cum in longis siccitatibus impensiùs exprimente terras sole, exhalationum phalanges incessanter appellunt, tantaq;

auda-

audacia ingruunt, vt nec statim deferuescant, nec impetus stabularij placiditate retundatur; hospitalia iura quodammodo violant, & in alienos lares petulanti licentia grassantur; tūc, non secus, ac natura humana, quæ nō nisi vellicata ad causæ morbificæ extirpationem proritatur, clementissimus illius regionis accola hospitis importunitate prouocatus, vires suas cōtrahit, & ad depulsionem accingitur. verùm cum dispersa turba impulsus eludat, in illud præcipuè incumbit, vt in vnum cogat, & sub ea forma iussibus suis morigerantē; & obnoxiam reddat: ex omnibus itaque partibus exoticos, molestosq; fumos compellens in vnum conciliat, & vnit. quā igitur in partem accidit eam molem detrudi, cum vernaculo aere confusa lucidissimum tenebrat, & spissat, ità vt ex vtroquè formetur nubes, nō admodum obscura, & densa, vt cæteræ nobis proximiores, pro subtilitate tamen illius aeris satis tenebrosa. solares radij, qui anteà per subtilissimum aerē inoffensi trāsmittebātur, crassium hoc incurrentes franguntur, & vastissimū illustrant.

 Est

Est igitur comætes tertiæ aeris regionis nubes defæcatior, cũ à subtiliori materia construatur, cuius fabricã architectatur natura, vt vexatæ terræ iacturas redimat. nã exhalationes sic confusæ sensim coalescunt, pondusque adeptæ excidunt, gradatimque ad terram soluentes obsessum aerem liberant, qui expurgationem hac via nactus pristinam pacem rebus suis vindicat. sic per gradus ad extinctionem figmentum illud luminis vergit. intenditur splendor ad spissitudinis mensuram, qua rarescente decoloratur. quo magis satura lux proditur, pleniorem larũ iudica, vacuam verò recense, cum obscuratur lumen.

Diximus ad hanc opinionem nos perpulisse terrarum tutelam, quam scimus planetas, & cælos solertissimè profiteri; si arentem terram nubibus, & pluuijs farciunt, cur eadem via radicali humido non succurretur emũctę? si videmus tenuissimum conuolare, quod crassefactum ad nos reuertitur. non diuersum opificium remeantibus rebus debemus astruere.

Sed iam infinitæ me criminantur

postu-

postulationes; si indimensa illa comętarum machina ad terram prorueret, totam demergeret, tantū abest quod adeò clàndestinè recidat, vt nobis reuertentis non appareat vestigium: respondeo ad farciendum id, quod plenum est, minimum sufficere: non vacuam regionem exhalationes complere debent, sed refertam, aere quidē tenui, verùm non ità distracto, quin exigui accessione illicò crassescat, & enubiletur. non multa est materia, quę comætem format, cum aer ad ipsius fictionem concurrat: illa exalationū congregatio visu formidabilis ex parua materia est, licet enubilans aerem extensissimam molem præstet. lux etiā magnificat parua, & splendor minima tumidat; hinc fit, vt quod videmus vastissimum nobis inscijs in exiguum refluat. nam quod ex comætis pluit, crassitiem vaporum vix excedit; exhalationū enim materia aeris beneficio pristinę vnctuositati reddita, in graue pondus euadit. sulphur enim ex se grauissimum est, ità vt exhalationes, quæ sulphur redolent, cōiunctæ ad modicam crassitiem, non

tamen palpabilem, nec perceptibile nullo amplius obice sisti possint in tenui. sic, nec densum mare minutissimum pollinem regit. veruntamen ex ijs reducibus exhalationibus pars minus coacta ventis infunditur, aut per aeris viciniā extorris vagatur, pluuiarum vehiculū expectans, quā de causa sub comætarum tempore calet aer, & venti insolentiùs grassantur.

Neque potest sol istas exhalationes sic coactas à fuga retrahere, nam hic sicut humiditatem aqueam citissimè sorbet, ita oleosam luctantem inuenit, duriusq; resistentem. exhalationum enim pluuia, quid siccum refert, quod adinstar imperceptibilis pulueris præcipitat, vberem humiditatem, cū terram complexum fuerit, eructaturum.

Vociferantur nonnulli quosdā comætas in ea altitudine productos esse, ad quam terræ anhelitus non perueniunt, sed non video, quid infrà solem istis contendat ascensum, cum impeditum iter non sit, & sol auidè pellicit, refectionis indiga tellus halitus, quasi nuncios auxilium impetraturos ad sydera deligit, qui vberrimè recreati,


ti, auct q; viribus reuertūtur, ipsius res ad interitum inclinantes vindicaturi.

Natura perfectissimis hærens globositatem affectat. globaret etiā nubes, si venti, & infimi aeris motus paterentur; in pacatissima parte ad sydeream figuram comætem fingit, scilicet propius ad suam mentem, cum nullo extrinseco fatigata, & impedita sit. eadem causa in circularem comætarum motum concurrit. cometes orbis est, ergo in orbem it; statuit Deus nullam creaturam præter terram impunè stare. ad motum igitur omnia se solicitant, ne plectantur. sphærica in circulari regione sphæricè mouentur. si inflammatus esset comætes, vt nonnulli autumant, ignis vi actus à regulato motu deflecteret, sibi relictus orbiculari gressu procedit. hunc motum forsan iuuabit diuersus aeris discursus, qui non secùs, ac mare non vnis motibus torquetur. nam vniuersalis motus ab oriente in occidentem adeò ordinatus est, vt non agitet, sed ducat, ità vt rapta videantur in sua sede quieta stare, quasi non mota. ideò, non secus ac sydera, idem aer, vt æternitatem suā

tueatur, se diuersimodè concitabit, qui motus nullam violentiam, sed naturæ leges sapit, quos tamen nos ignoramus, quia cum violentis luctamur, quæ nos circundant, & veram naturæ faciem tegunt.

Prolixam tractationē stringat epilogus. vti corpus humanum, ità terra duplici humiditate fæcundatur; aduentitia scilicet, quæ cum aquea sit, in vapores soluta, à prima, vel secuncunda aeris regione in nubem, & pluuiam vertitur; & ingenita, quæ sulphur est maximè graue, & ponderosum. hoc, dum assiduos terræ prouentus innati caloris ope ipsum continuo a blumentis solicitat, & ad perfectionē perducit, crematur, & in fumos leuissimos abit, qui trahentis solis auxilio, ad tertiam regionem sibi cognatam transmigrant: nam sulphurei halitus purissimo aere, & igne constant. hinc fit, vt defæcatissimus ille æther haud hostiliter agens ad eam violentam vnionem, quæ concitat inflammationem, non cogat; congenia humiditate illos humanè vinciat, & in minutissimas sphæras denset, ex qua figura

gura grauitatem nacti se præcipitant; ita vt in illa regione nubes suboriantur; adeò tamen minimæ, vt obtutum non morentur. quod si contingat multam molem compaginari, solis lumine irradiata nouum sydus repræsentat, quod comætem vocamus, qui laxitate sua tandiù per aera vagatur, donec fumi sensim conglobati relabũtur, non secùs ac fit in nube, licet ista crassior, nostris sensibus faciliùs occurrat.



HVMIDVM RADICALE
principatuum, subditos esse, quorum copia auget imperia, paucitas minuit,

Caput XVI.



INsertus æternitati Deus, adeò videtur huic insueuisse, vt nesciat, vt ità loquar, nisi sub æternitatis specimine temporaria depromere. subitariū creauit hominē generationibus duraturum, caducos excitauit terrę cōtextus germinibus resurgentes; præcipitat cælum, non labitur, occidunt ad exortū sydera, obit, vt renascatur dies, mors vitam exspirat, immortalitatem tēporis exequāt peritura. monstrant hæc Deum esse, qui agat, indeficiens, & ad magnitudinem sui componens mortalia, quæ licet informare voluerit, æternam tamen faciem illis indidit, non mentienem auctorem suum. Viuit mundus in-

ter

ter in ortis fauces, quas, dum successibus implet, nulla ætatum infirmitate infractus euadit: agitat etiam nunc primam iuuentam, non modò senij malis non appetitus, sed nec ab antiquissima textura minimum vergens, eadem originis vbertate circumfusus. huic potissimùm instituit Deus, vt mors vitam cingeret, se inuicem incesserent, neutra penitùs caderet. nam vita pulchritudinem suam in hoc ostentat, quod in mortis casses incidens resurgat, alioqui marcida, & effæta iaceret; id enim beneficium ex interitu ducit, quod graui senectutis spolio exuta ad firmiora incrementa exiliat rediuiua; ità vt rerum exitus in solidiora conuertatur principia, & mors seueritate sua nullum maius lucrum faciat, quam fœditates vitæ abscondere, & refricare nitores: nec ipsa id abnuit, cui conducunt exortus, nam cum degentium radices heluabitur, regnum suum profligauerit.

Inter has vices iactat æternitatem mortalitas, quæ interest suis funeribus, & nunquam penitùs moriens assiduò se mori sentit. quod facinus operosissi-

mum

mum Deo fuit; nam non casura excitare, non magnum illi erat, talē enim materiam procreauerat, quæ ingens illud æternitatis pondus regere posset. in labili verò contextu immortalitatē inurere, grandius molimen exegit. vides ruentes cælos, contranitentia sydera, extensissima spatia tenebris, & splendoribus insessa, rectà incedere, vel per reflexum ferire lucem, incalescere terras, vel vri, corporari vapores, vel solui, ruere ventos, pluuiam compingi; temporales conuersiones, statutos annos, definitas tempestates, tot transeuntia, & manentia condita sunt, vt obnoxia morti vita duraret. ad telluris quietem redimēdam infiniti circumducuntur orbes, vnius inertia tātis obseruatur motibus, opacitati innumerabilia excubant lumina. totum id, ne terra in suis ꝑductionib⁹ sentiret detrimentum, cui præceperat Deus, vt sine sui dissolutione non pareret. verum nunquam non integra fumaret. discederet, vt rediret, sine interitu expiraret. custodes idcircò apposuit cælos, ne quidpiam extingui paterentur. & inprimis seuerissimè cauit, ne humi-

dum illud primigenium, è quo tota vis ortibus emanat, alicui iacturæ, licet per tot spatia, disiectum pateret. quare sydera ex præscripto huic adsunt, permulcent radijs, intuitu curãt, suis sedibus propius aduocant, vt potentioribus fomentis deliniant, dein cælestibus viribus instructum suis laribus remittant.

11 Principes graui mortalitatis oculo, vti cæteri homines circunspecti, sicut viuens æternare nequeũt simulacrum, ità mansurum principatum condere queunt, dummodo ad mundi similitudinem legum iaciant fundamenta. in mundo igitur quidquid à suo primordio discedit, illuc regressum maturat: sydetum cursus caput spectat, flumina ad suum fontem decurrũt. euulsi à terra halitus reflectuntur in terram. ergò non comminuuntur, quia ad originẽ suam, licet vaga, spectant naturalia. pari passu principatum perambulent leges necessè est, quæ sub æquo dominatore à subditorum commodis scaturiunt. ijs hærent, in hæc, licet aliquandò casus distorqueat, reuoluũtur. alioqui ipsa principatus membra dissiliunt,

&

& calore natiuo, humidoq; radicali sensim marcente, extinguitur dominij vita, non amplius reuictura.

Ingenerata principatuum virtus subditi sunt, vltra quos irritum profertur imperium. solitudines dominationem non sentiunt, ideò insanè per vastitates regnum dilatatur, quod duntaxat in audientes cadit. vides angustiam ciuitatis: intra illud vallum, maximũ regnat imperium, si hominum frequẽtia inibi sedeat, in deuastata finem facit dominatus. non telluri, non aeri iussa mandantur; muta vnum Deũ intelligunt, votum hominis aspernãtur. multum sæpè circuit, qui nĩhil possidet. nec potens est, qui se in amplissima voluit, sed cuius potentia obedientiæ innititur. solus homo mandata capit, exequitur iussa, perscripto respondet. ergo vnus homo format principatum.

Romanos, & Cathaginenses due ciuitates ad orbis possessionem extulerunt. erant enim in illis punctis regnorum vires collectæ, quia illic crebitas hominum coercebatur, prout crescebat multitudo, propagabatur imperiũ.

ad æſtimandas ſuas opes non interpretabantur, quantum regnorum emenſi eſſent, ſed quantum virorum vrbs cōprehenderet. non maris, terræq; ſpatia imperatores creabant, quos populoſiſſimę ciuitatis comitia inaugurabāt. aliena rapiendi cupiditas, & ambitio vtrāq; nationem commiſit. libido imperij diù bellum aluit, ex duabus tamen vrbibus illa vicit, quæ vberior hominibus fuit. ſtabat ibi validior dominatus; gliſcebant per clades Romanorum exercitus; fuſio vnius binos integrabat. Putauit Annibal ter afflictum debellaſſe, cum tunc duntaxat bellum ſeriò flagraret. Confecerunt Cannæ ciues, non Romam, quæ morte ſuæ gentis delaſſauit hoſtem, & quaſi proprijs funeribus oppreſſit. Quis igitur aduerſus tantam molem ſatis firmus? quem vel proſperè depugnatum bellum magis eneruat, quàm victos, & ipſa vincendi laſſitudo inter tot renouata prælia tandem exhaurit?

Huius vrbis conditores ea ſubdiderunt fundamenta, quæ orbis dominatum auſpicarentur. non enim ſpiſſitudinem murorum curiosè ſtruxerunt:

no,i

non acerui lapidum: non congesta rudera in primam ædificij cesserunt materiam; sed incolentiū turba ante omnia propugnacula desiderata est, ad quam captandam illud explicuerunt rete, quod non illaquearet, sed solueret, ac ingenia hominum blandissima illiceret libertate. vox vna tantæ potentiæ fuit, vt ex omnibus gentibus incolas euocaret. sonoro lituo renunciauit humano generi præco, quosdā pastores cepisse impetum vrbem erigendi, non qualem acerba illorum tēporum dominia ferebant, sed ad naturam illius liberæ telluris, nullo adhuc aratro proscissæ, vel ligone attritæ, vel alio artificio ad frugem coactæ; recisuros nemora, vt aperirent cælos. posituros ad quietem domos, & circumducta mænia non magis propulsatura insultus, quàm tributa. in eo amplexu staturam pacem, iustitiam, amicitiam, leges, longè reiectum iri vectigalia, oppressiones, furta. demum adæquatum hominibus incolatum spondere.

Exilia pastorum promissa se intimius in corda penetrarunt, quàm potē-

tioris

tioris magistratus, aut locupletis Regis decreta. bonæ tractationis spes nō modò incitat, pellectat, inuitat, sed extrahit homines, alligat, confirmat sibi. tractus ille Latij, & Hetruriæ, ferè cōfertus erat ciuitatibus, sed administrantium tyrannide quassatis. quare cum Romulus infantem Romam libertatis crepundijs ornauit, procurationis dulcedine accitæ gentes, infaustis penatibus spretis, eò confluxerūt. ergò à suis bonis maluerunt absistere, efficacissimas originis exhortationes refutarunt, obstiterūt incitamentis patriæ, nihil maiorum funeribus, nihil aeri, nihil cælo, nihil salubritati dederunt? omnia ista deformia, & pauentia sunt tyrannidis labe inusta: ipsa, quæ interpretamur bona, pessimè torquent: vberior possessio in funestiora pericula impingit. horroribus idcircò fugata mortalitas orienti asylo tantum contribuit, vt naturalem crescendi mensuram supergressum sit. non enim ex pago adoleuit vrbs, se supra ætatem extulit, statim efformata ciuitas, nullo vagitu infantiam suam prosequuta, fremuit illicò ad imperium.

Enor-

Enormitate suorum corporum non magis oculos impleuerunt comætæ, quam mentes oppresserint, quarũ captus, cum immensæ machinæ exortum non compræhenderet, ad cælos potius, quam ad terrras confugit, perinde vt spatiosa illa vastitas posset ingẽtia promittere, quæ ex angustę terræ puncto sperare nõ liceret. aliqui enim tam deformes extiterũt, vt totum hũc telluris, & aquarum congestum suo gremio conclusissent. cum tamen nõ multa sit tota hæc materia, quæ inexhaustum præbet aspectum, sed decet sydera intendere minima,& terræ partis ipsa matre ampliores informare, mollissimè enim reducunt extorres, dulcissimè irretiunt volatum, vniunt non premunt, vinciunt sine libertatis iactura, imò inter ipsa vincula gratiorem faciunt libertatem: si enim materiam violento pressu densarent, opus vrgendo perderent; pila sterili, & infecunda grauarent terras, nec cælum nouo orbæ, nouisq; splendoribus ornarent. exaduerso nisi soluta illa corpuscula colligerent,ac suo eodem pingui implicarent,nunquam officij mo-

nerent,

nerent, nec terræ ſenium decora iuuẽtute vindicarent. ita ſydera inter imperatores, & tutrices media vrgentiſſimum opus, neminiq; ingratum expediunt. Vult natura creaturas ſuas libertate vti, quam tamen ad legis menſuram diſpenſat, nam diſſolutum vagatur inutile, & quod non capit imperata, nulli contextui aptari poteſt. ijs eget mundus, quæ ſtent & moueantur, currant, & otientur, fugiant mox redeant, ſed ex naturæ præſcripto. tales ſubditos optare debet Princeps, & obſtinebit, ſi iiſdem ſcitis moderabitur, & quod vltra porrigit paruam ſubditorum manũ vbertimè propagabit, dummodo regiminis amplexu ſtringat, non torqueat, cohibeat, non frangat, ad liuorem non cõprimat; indicet ſubditorum cætus, & libertate non ſpoliet: in commune bonum conſilia vniat, non ad rapinas; mulceat voce, non exterreat: contineat iuſtitia, non obterat. ſydera exhalationes ad lapidum duritiem non ſtringunt. abſit à cælis tantus impetus. noxiam frænãt libertatem; proficuã, vtilemque relinquunt; nulli conducẽ-

tes

tes excursiones coercent, licentiosos compescunt motus, quos imprimunt magis compositos, & ab illorum natura non abhorrentes.

Prius Romulus sanctionum custodia, mox Numa religione, animorũ feritatem absque aculeis, & tormentis permulsit. Sedebat omnibus, humanè inibi viuere, vbi imperia ad humanarum virium tolerantiam emittebãtur, vbi scita negabant quidem ciuibus, quantum vellent, vltra suum posse nõ stimulabant: sanciebãtur decreta, quę naturam regerent, non peruerterent; mentem ad bona desideria deflecterent, honestas verò cogitationes non turbarẽt. erat lex omnibus scripta, quę indicaret Principi, quod liceret, populari vero audaciæ confinia poneret: blandissimis incitamentis obligati populi in vna stringebantur ciuitate, verius laxabantur. Coaluit iste cometes ex omnibus gentibus, & omnibus sufficit gentibus. vnius orbis vires in vna vnitæ vrbe in totum orbem defluxere: plus virtutis pauca terræ iugera, nulla oblita tyrannide cumularunt, quàm regna, quam imperia etiam fæ-

licia vnquã aluerint. huc refer, quod egregium à Romanis patratum est. ciuium multitudo dedit arbitrium orbis, temperantia dominatus feraciam hominum præstitit.

Generatur inter homines virtus, quorum crebitas acutus ad ipsam depromendam stimulus est: vnus alterum incendit, acuunt sibi stimulos: varij in diuersos vsus prorumpunt: defluunt ex multis multa, in angusta pauci exeunt. sic multiplicitas bonis artibus, & diuersis crescit ingenijs, quæ in virorũ paucitate tabescunt. Artes ab hominibus ordiuntur, & per homines gliscunt. Hi per benigna pullulant deficiunt in asperis, ità vt iniqua dominatio se ipsam hauriat, expandatur iusta.

Tyrannis potẽtior natura est, cuius nisus, vel præcipuos infringit. propagationi incubuit potissimum natura, quam etsi arbitrariam animãtibus fecerit, ità tamen instruxit, vt cogeret, quę inuitabat, quasi per delitias inuasit, & sensim illaqueauit, quę libera esse iubebat. calliditate plenum facinus hoc edidit, & summè consideratum, in quo libertas sibi relicta li-

bertimè naufragatur. Sapienter loquamur. alia quidem fecisse arbitror, huic verò ingenium accommodasse. Tàm industriosè se dispensauit natura, ne succumberent aliquando mortalia. omnes tamen illecebras extinguit tyrannis. Ista obijcit nobis pro fastidijs delitias, fędat læta tristibus. leuamina, & oblectamenta intolerabili onere frangit. Pendent ex matris collo pueri, sed alleuanti pondere; illius mammas emungunt, cuius animum dulcissimè nutriunt, exhilarãt, dum grauant, perpetuitatem promittunt familiæ, quam afferunt, patres, quos exscripserunt à morte vindicãt, suscipientes illorum vicem apud mortalitatem, quę omnia felicitas temporum probat, subruit iniquitas, tunc cõprimũt amplexus, feriunt oscula, mordent blanditiæ, filiorum multitudine obruti patres ingemiscunt. haud per istos resurgunt à sepulchris, in quæ per curas, & mæstitias citatius præcipitãt. Tunc execramur matrimonia, naturæ versutiem damnamus, solertes instigationes contemnimus, non abhorremus solitudinem, desolatione non

angi-

angimur, accessione filiorum onerare paupertatem, vel in illud æuum progeniem, quasi ad certam calamitatem traducere, abominamur.

Dannubij oras atrocius populabatur Romanorum custodia, quam inflati fluminis alluuiones vnquam vexassent. Accolæ miseriarum torrente superfusi, delegerunt Romanum Senatum oraturos, vt repagula diripientibus fluctibus daret. Ingressus Senatum nuntius, plus rustica expressit eloquentia, quam elegans, & vrbana vnquam loquuta sit. vt intelligatis, quò miseriarum adacti simus, inquit, & quam iniquè nos vestri habeant procuratores, à mulieribus nostris secubare decreuimus, necare filios, ne è viuis abeuntes illud nos torqueat, prolem iniquissimę conditioni subactam deserere. sic excedemus liberi, qui in vinculis viximus, nec vltimum fatum obuersatione miseriarum nos discruciabit, quibus nullam nostri partem diripiendā permittimus. calamitates nostras flumen abscondet, in quo cruciatus nobiscum sepeliemus. dabimus morsibus finem. imperantium verò iniurias, dum decli-

nabimus, vlciſcemur. militum inſul-tibus, licet ærumnis obruta, excitata mens aduerſus fortiſſimos tyrannos re-medium inuenit, immanitatē ſpecio-ſo facinore repellere commenta eſt. diritates exequi, inſolentiam finire; de-lere imperium veſtrum, quod iactatis interminatum. decertare armis non poſſumus, morte pugnabimus, infe-riores illis, hac debellabimus, & quam tueri nequimus libertatem, dominatus veſtri extinctione, redimemus. intra paucos annos genus noſtrum funditus exſpirabit. Dannubij viciniæ homini-bus exutæ tunc latè dominamini, in-dicite ſolitudini tributa, reuerentiam montibus, litoribus obſequium. certè etiam homines deiecti, præſidijs coer-citi dominatum conuellere, vel ſaltem coarctare poſſunt. cladem armatus imperator, copijſquè ſeptus Reipub. inferre non poterat funeſtiorem hac, quam interminatus eſt ruſticus. licet fortuna ſubditum fecerit, non tamen poteſtatē abrogauit conſtituendi Prin cipem, & perdendi. ſi vrbes, ſi Pro-uinciæ rebellant, recuperandi ſpē om-ninò non adimunt. ſi hoſtis capit,

proſpe-

prosperiori marti ansam non tollit in desertis principatus vis perit, quæ cum subditis cadit, quorum defectum vix sæcula sarciunt.

Amans sui natura mortalium aliorum curas temnit, retur externa malè tractari, propria meliori videt loco. potior Principum virtus prudētia est, cui vidētur innasci: idcircò huius precepta ità affectant, vt nunquam velint fefellisse, cuius amore excecati caligant in proprijs, quæ in alijs perspicacissimè discernunt. Solimanus Turcarum Rex Ferdinandum, & Isabellam Castiliæ, & Aragoniæ moderatores imprudētis insimulauit politicæ propter Hebræos Hispanis electos. aiebat principatuum robur subditorum numero inhærens horum disterminatione stolidè eneruari: & insulsus ille animaduersor suppressione nobilitatis mancipiorum, & castratorum multitudine sui imperij homines deletū ibat, prouincijs adeo sterilescentibus, vt ægyptus, & Asia maiorem hominum vim suis quondam Regibus disparatę contulerint, quam ei, cæteris vastissimis regnis associatæ suffragarentur,

Dum mentem ad monarchias refero, & regna, ad quæ per exploratores, cognitio nostra deducitur trutino, perspicuum mihi fit, ista humanas etates imitari: nam sicut ex hominibus, qui primi editi sunt, primi adolescunt, & vergunt, ità ex regionibus, quæ ab orbe condito recentissimè floruerunt, nunc marcent. Splendida ægypto, tantoque auro feraci, vt quod viuentium libidini superarat, mortuorum luxui tumularetur, Syluis vmbrabatur Italia, infrequentes portus, raræ vrbes, sparsa mapalia. inundabat delitijs Asia, vliginibus tegebatur Germania, vacua Anglia, ex alieno orbe exspectabat habitatores, nunc conuersus est rerum status: in orbem eunt ærumnæ, & felicitates, unquam vniuersam terrã possident, nec vnquam penitus absistunt. in vnam properant partem, cũ discedunt ab alia: sibi diuidunt imperium: raro fixæ, frequenter vagæ; per læta, & calamitosa ducimur, & exemplis erudimur ipsa regna consenescere. Percutiunt frequenter bella, fames, contagium, quibus recedentibus restituitur vigor, prolesq; resurgit.

verum

verùm grauari ætatem cognoſcimus, infeſtare ſenium, properare interitum cum hominum interpellatur exortus.

Proſperitates ſecum multitudo trahit, fortuna eos ſequitur, qui eam ſolicitant, & laſſant iratam. ſæpè ictus, ſi conſurgit, tandem ſortis malignitatē fatigando vincit. frequentia clades reparat, reluctatur quaſſibus, ex iacturis victorias ſibi, & trophęa ſtruit. quę prouinciæ opes iactant, populoſas recenſebis: creſcit paupertas, cum infrequentia. quid amplius addam; cum illius conditionis nobis Deus terram fecerit, quæ multa multis pariat, paucis ſegniter obediat? plena quondam accolis Hiſpania, exteris gentibus appetita nullos afflixit inopia, annonam non fefellit, omnes pleniſſimè nutriuit. nunc raris non ſufficit habitatoribus. copioſam hominum faciebat ſementem Italia, cunctis meſſem ſuggerens. ſub id tēporis pauciſſimos victu fraudat. plurimæ manus ad plurimum tellurem cogunt, quæ non contrectata frugem iugulat. Indiarū florem iactat Hiſpania, quæ ſi hoc verum eſt, ſuam defloraruut aboriginem ho-

minibus, & fructibus exhaustam.

Politiam Chinensem decet imitari, cui suffragatur experientia viginti sæculorum. semper in auge regnũ illud, quia semel ex se ipso egressum dementationis pænituit, receptuiquè cecinit. ex adeptis insulis vltrò excessit, ne cũ fortunis aliorum propriæ naufragarẽtur. nimis carò nundinamur remotè acquisita, quorum sæpè lucrosior est deperditio, quam consecutio.

Hispanijs, & Portugalliæ integer orbis flectitur, & proprias vrbes vix tuẽtur. solum Galliæ regnum istius mundi exæquat pondus, nisi nimis modestè loquor. moderata corporis extensio caloris, & spirituum copia fruitur, effusior parcitate premitur, & languet. prodiga quippè natura suas opes in tanta fabricanda mole erogat, & in custodienda immodoratius exoluitur; vt felix ex hoc Galliæ regnum existimem, quod diligenter adepta, negligenter perdendo, sibi indiscretum viguerit.

Materia comætarum nisi vnita nõ lucet: capax luminis est, cum collecta, dispersa verò in luce mergitur. Pa-

lantes

lantes homines nihil memorabile po-nũt æternitati, induſtria opacitate ſyluarum tegitur, in ignorantiæ vmbra virtus demergitur, obſcura, atra, caliginoſa. adunata multitudo vrbes ſtruit, ſtatimquè conſurgit ſplendor, lux diffunditur; humani faſtus emergit potentia; nec duntaxat arua domãt, tellurisq; duritiem ad fruges atterunt, ſed ciuilis vitæ erigunt maieſtatem, auro, argento ſupellectilibus emicant, ac ad tantum intenditur, vt incolatum pelagi tentare audeat.

Nonne alterum ſydus lucent in terris Venetiæ? bellicis iactationibus coactus adoleuit iſte comætes. artificialem inſulam in medio maris fixerunt Veneti terrarum profugi, lubricitatẽ ſolido muniuerunt præſidio. ventos, fluctus, ipſamet inſtabiliora elementa adegerunt in fædus: tantæ virtutis eſt ſpontaneus virorum confluxus!

Fæcundauit Genua ſcopulos, nuda induit, iuſſit ſterilia parere, egena ditare, infælicia nutrire. Huic Italiæ parti infauſtiſſima fuerat natura, nouerca peior. Continuatum ſcilicem inæqualiter erexerat, veluti ad ſui inſidias cõ-

ſurgentem; minus aſperos montes terra texerat tam ruſtica, vt non vinceretur à ruſticis, ſylueſtribus etiam arboribus negante ſedem, & pabulum. quà mare ſpectat infidam ſtationem panderat lybico. quis ſubegit montes, frænum dedit mari? quis collium aſperitatem fecit vrbanam. quis peruuanas opulentias inibi cumulauit? populus. crede mihi, ſterile non prouenit ſolum, deficiunt pecuniæ, non tranſuehuntur merces, tenet omnia paupenies, fac ſuppetant homines æquis legibus deuincti, & nihil non fæcunditate, & opulentia exuberabit.

Hinc non poſſum ijs non iraſci, qui cometem veluti pyram obſtinatiſſimè autumant comburi, & horrida caligine aera inficere, voluntquè rogū iſtū in terrarum populationem, vel ad hominum funera incendi. Profectò iſtorum Philoſophia mundum abijceret-élaborant cæli, vt terram in ſuo libramento tueantur: tantùm abeſt, quod eam funeſtent incendijs. mortalia ſuſtentant, non portentis terrent. ſatis procliues ſumus ad interitum abſquè eo, quod illinc præcipitemur. ſi ſydera

ra nos spontè cadentes hisce machinis nos arietarent, non modo nos deuoluerent, sed alto situ tumularent. vberrima est terra facibus prælucentibus extremos honores cadaueribus. nimis mortem nobilitarent cæli, si tantis luminibus prosequerentur. hanc in limine stare, vt erudiamur, noua luce non indigemus. etiam in tenebris miserias nostras abundè speculamur. si comætem flamma corriperet, fumos coegissent cæli, vt fumos excitarent. longo ordine moliti essent contextum, citò disijciendum. ineptis, falsisq; splendoribus non delectantur astra: firmiora, & commodiora opera ipsis sedent. ludrici ignes humilem occupant regionem; illic seria, & vtiliora fabricantur. instauranda est tellus, emendanda siccitas, refocillandum humidum, solicitanda germina, procurandi fructus. Lucet comætes non vrit, illustrant, non consumunt superiora, irradiat, non destruit syderum lux; nam si ignē insereret nullis generationibus opportuna res corrumperet.

Longè diuersus, & maximè noxius per Respub. per aulas, per ciuitates di-

funditur cometes, igne grauis, consumenteq; flamma coruscans: lucis specie cremat, quæ permeat, quæ afflat, vastat incendio. vrentissima hæc lux luxus est, qui deuorat principatuū natiuum calorem, & humidum primigenium obligurit, hominum intercedēs exortui, voluntarius tyrannus in eos sæuit, à quibus Princeps deligitur, colentes plectit, adoratus perculit, fotus incendit, heluatur nutritus, fœdissimè pessundat clientes suos, nullis mitescit tributis: ampliora vectigalia irritant, non explent: magnitudo impensarū pandit gradum ad maiores, nō sistit; saginam suam quamuis effusam decoquit], & inter vberiora alimenta grassatur. in sola pauperie ponit furores suos, & ad quam maximè pauet, maturat. cuius minas, & exitia, vt arceat à prole abstinet, puerorum ortum abhorrens, quibus patrimonium dilapidat, pietate motus, ne eos miserijs dedat, à quibus summoperè assertos desiderat. ijs absurdis cogitationibus mentes versat luxuria, vt melius non nasci filios existiment, quam inopes viuere, & patris nomen malint non

cogno-

cognoſcere, quam ſubire pondus oneroſũ luxui. ſic monarchias viribus, & virtute præpotẽtes ſtruxit egeſtas, mox ad diuitias eleuatas opulentia conſumpſit. in noxium properamus; frequentiſſimè expetita nos perdunt; delimamur adeptis; expleto voto laboramus.

Iungitur, vt plurimùm luxui tyrannis, & ità geminatus ignis humani generis feſtinat ruinam. iſta duo arctum ineunt fædus, ac eodem tempore cõſpirant, quòd vnus alterum promoueat, & fulgores ſuos ſine ſocio expandere nequeat. nam cum primum inuadit Principem luxus ſemel occupatum ad ſeueriora impoſita, vt ſe ſuſtentet, deflectit. alioqui auida illa flamma obſcurè luceret, quæ ne extinguatur, multæ, nouæque materiæ alimentum petit. luxurioſus igitur Princeps onerum faſce ſubditos cumulat; verùm populus ex binis ignibus ab vno ſpõtè, ab altero crematur inuitus. ad æmulandos ſuperioris faſtus luxum amplectitur; oneribus verò, quæ inuitò admittit, vi ſubijcitur. à quò ex his duobus tyrannis inſolentiùs diſtorqueatur, non facilè dixerim. ominare Monarchiæ

chiæ sic distractæ breui casum.

Repetamus Romanos humanæ potentiæ, & fælicitatis cumulum supergressos, de quibus dicere possumus, ad illum apicem eos fortunam extulisse, vt è crepidine vacilãtes vrgeret, malèq; fastigio hærentes in abrupta præcipitaret. potentiæ vertex, vt plurimũ intutè gubernat elatos, qui cũ ad superiora, & excelsiora nequeant, in humilia se deuoluunt. in calamitatum abyssos ex summo imperij iugo demersa est Roma, cuius casum hi duo tyranni festinarunt. toto orbe potentiorem impotentia sui incessit. Europę, Asiæ, Africæquè domina, spontè se credidit tyrannidi. Acciuit luxum, qui Cæsari occasionem præstitit imperij. non enim multùm laborauit in subigendis iam luxu edomitis, nam emoritur in luxu libertas. creuerunt seruitia, proles ingenua contabuit, adoptati desiderabantur filij, non geniti. ruebant nobiliores domus, nullo sobolis fulchro subnixæ; cum dein exhaurienti luxui Tiberij, & Neronis imperia sanguinis, & exactionum se iunxerunt. tunc densas cateruas rare-

scere

ſcere, multitudinem diuaricari, diſ e: di ciues, truncari dominium, maieſtatem, nomenque Romanum minui, abrogari matrimonia, vitam tot pullatam malis abhorreri longæuã, mortem properam ad ſolatium expectari, cum qua Romanus intercidit orbis, nõ vaſto murorum amplexu, vel prouinciarum acquiſitione, ſed ciuium copia coalitus.

Duo igitur mundum peſſundant, luxus, & auara Principũ imperata. ambo iſta ſe miſcent, & à Principe radicem trahentes, ad populorum profligationem altè pullulant. nam luxus auaritiam ad populorum vexationem producit in Principe; vtraquẽ refunduntur in populum, qui luxus ſpontè fit æmulus, preſſatur impoſitis. interea vtraquè laniena diſcerptus nõ cupit eos in equuleum perducere, quorũ acceſſu grauius colliderctur. quod ſolatium parentis eſt, filios ad miſerias vocare? illos dolorum conſortes habere, quorum crucitatus ſibi intendunt tormenta? erogationibus ſolicitor inquit? impenſiùs prouocaret, ſi filios ſuſtuliſſem. tributis impar ſum? quid inde

æ, beneuolen-
subditos, nul-
tis ignis descē-
t, mox extin-
pens. Durat in-
on eget, & quā
n vorat. Ideò
ia arbitramur
re, si illū tan-
peremus, nihil
quò rectę ad-
emicant, ho-
t, stationem
filijs affectat
sque terrarum
i, vires impe-
.

bditorum, nō
ortoria con-
m multi elar-
duntaxat tel-
prægnans co-
, sed amictus,
denso populo
alia, ijs immi-
& nuditatibus
nen mensura,
ant. nā mo-
deste

de

minibus, & fructibus exhaustam.

Politiam Chinensem decet imitari, cui suffragatur experientia viginti sæculorum. semper in auge regnū illud, quia semel ex se ipso egressum dementationis pænituit, receptuiquè cecinit. ex adeptis insulis vltrò excessit, ne cū fortunis aliorum propriæ naufragarētur. nimis carò nundinamur remotè acquisita, quorum sæpè lucrosior est deperditio, quam consecutio.

Hispanijs, & Portugalliæ integer orbis flectitur, & proprias vrbes vix tuētur. solum Galliæ regnum istius mundi exæquat pondus, nisi nimis modestè loquor. moderata corporis extensio caloris, & spirituum copia fruitur, effusior parcitate premitur, & languet. prodiga quippè natura suas opes in tanta fabricanda mole erogat, & in custodienda immodoratius exoluitur; vt felix ex hoc Galliæ regnum existimem, quod diligenter adepta, negligenter perdendo, sibi indiscretum viguerit.

Materia comætarum nisi vnita nō lucet: capax luminis est, cum collecta, dispersa verò in luce mergitur. Palantes

lantes homines nihil memorabile po-
nũt ęternitati, induſtria opacitate ſyl-
uarum tegitur, in ignorantiæ vmbra
virtus demergitur, obſcura, atra, cali-
ginoſa. adunata multitudo vrbes ſtru-
it, ſtatimque conſurgit ſplendor, lux
diffunditur; humani faſtus emergit po-
tentia; nec duntaxat arua domãt, tel-
luriſq; duritiem ad fruges atterunt, ſed
ciuilis vitæ erigunt maieſtatem, auro,
argento ſupellectilibus emicant, ac ad
tantum intenditur, vt incolatum pe-
lagi tentare audeat.

Nonne alterum ſydus lucent in ter-
ris Venetiæ? bellicis iactationibus co-
actus adoleuit iſte comætes. artificia-
lem inſulam in medio maris fixerunt
Veneti terrarum profugi, lubricitatẽ
ſolido muniuerunt præſidio. ventos,
fluctus, ipſamet inſtabiliora elementa
adegerunt in fœdus: tantæ virtutis eſt
ſpontaneus virorum confluxus!

Fæcundauit Genua ſcopulos, nuda
induit, iuſſit ſterilia parere, egena di-
tare, infælicia nutrire. Huic Italiæ par-
ti infauſtiſſima fuerat natura, nouerca
peior. Continuatum ſcilicem inęqua-
liter erexerat, veluti ad ſui inſidias cõ-

furgentem; minus afperos montes terra texerat tam ruftica, vt non vinceretur à rufticis, fylueftribus etiam arboribus negante fedem, & pabulum. quà mare fpectat infidam ftationem panderat lybico. quis fubegit montes, frænum dedit mari? quis collium afperitatem fecit vrbanam. quis peruuanas opulentias inibi cumulauit? populus. crede mihi, fterile non prouenit folum, deficiunt pecuniæ, non tranfuehuntur merces, tenet omnia pauperies, fac fuppetant homines æquis legibus deuincti, & nihil non fæcunditate, & opulentia exuberabit.

Hinc non poffum ijs non irafci, qui cometem veluti pyram obftinatiffimè autumant comburi, & horrida caligine aera inficere, voluntquè rogũ illũ in terrarum populationem, vel ad hominum funera incendi. Profectò iftorum Philofophia mundum abijceret - elaborant cæli, vt terram in fuo libramento tueantur: tantùm abeft, quod eam funeftent incendijs. mortalia fuftentant, non portentis terrent. fatis proclines fumus ad interitum abfquè eo, quod illinc præcipitemur. fi fyde-

ra nos spontè cadentes hisce machinis nos arietarent, non modo nos deuoluerent, sed alto situ tumularent. vberrima est terra facibus prælucentibus extremos honores cadaueribus. nimis mortem nobilitarent cæli, si tantis luminibus prosequerentur. hanc in limine stare, vt erudiamur, noua luce non indigemus. etiam in tenebris miserias nostras abundè speculamur. si comætem flamma corriperet, fumos coegissent cæli, vt fumos excitarent. longo ordine moliti essent contextum, citò disijciendum. ineptis, falsisq; splendoribus non delectantur astra: firmiora, & commodiora opera ipsis sedent. lubrici ignes humilem occupant regionem; illic seria, & vtiliora fabricantur. instauranda est tellus, emendanda siccitas, refocillandum humidum, solicitanda germina, procurandi fructus. Lucet comætes non vrit, illustrant, non consumunt superiora, irradiat, non destruit syderum lux; nam si ignē insereret nullis generationibus opportuna res corrumperet.

Longè diuersus, & maximè noxius per Respub. per aulas, per ciuitates di-

funditur cometes, igne grauis, consumenteq; flamma corulcans: lucis specie cremat, quæ permeat, quæ afflat, vastat incendio. vrentissima hæc lux luxus est, qui deuorat principatuũ natiuum calorem, & humidum primigenium obligurit, hominum intercedẽs exortui, voluntarius tyrannus in eos sæuit, à quibus Princeps deligitur, colentes plectit, adoratus perculit, fotus incendit, heluatur nutritus, fœdissimè pessundat clientes suos, nullis mitescit tributis: ampliora vectigalia irritant, non explent: magnitudo impensarũ pandit gradum ad maiores, nõ sistit; saginam suam quamuis effusam decoquit, & inter vberiora alimenta grassatur. in sola pauperie ponit furores suos, & ad quam maximè pauet, maturat. cuius minas, & exitia, vt arceat à prole abstinet, puerorum ortum abhorrens, quibus patrimonium dilapidat, pietate motus, ne eos miserijs dedat, à quibus summoperè assertos desiderat. ijs absurdis cogitationibus mentes versat luxuria, vt melius non nasci filios existiment, quam inopes viuere, & patris nomen malint non
cogno-

cognoſcere, quam ſubire pondus oneroſũ luxui. ſic monarchias viribus, & virtute præpotẽtes ſtruxit egeſtas, mox ad diuitias eleuatas opulentia conſumpſit. in noxium properamus; frequentiſſimè expetita nos perdunt; delimamur adeptis; expleto voto laboramus.

Iungitur, vt plurimum luxui tyrannis, & ita geminatus ignis humani generis feſtinat ruinam. iſta duo arctum ineunt fædus, ac eodem tempore cõſpirant, quòd vnus alterum promoueat, & fulgores ſuos ſine ſocio expandere nequeat. nam cùm primum inuadit Principem luxus ſemel occupatum ad ſeueriora impoſita, vt ſe ſuſtentet, deflectit. alioqui auida illa flamma obſcurè luceret, quæ ne extinguatur, multæ, nouæque materiæ alimentum petit. luxurioſus igitur Princeps onerum faſce ſubditos cumulat; verùm populus ex binis ignibus ab vno ſpõtè, ab altero crematur inuitus. ad æmulandos ſuperioris faſtus luxum amplectitur; oneribus verò, quæ inuitò admittit, vi ſubijcitur. à quò ex his duobus tyrannis inſolentiùs diſtorqueatur, non facilè dixerim. ominare Monar-

chiæ

chiæ sic distractæ breui casum.

Repetamus Romanos humanæ potentiæ, & fælicitatis cumulum supergressos, de quibus dicere possumus, ad illum apicem eos fortunam extullisse, vt è crepidine vacilãtes vrgeret, maléq; fastigio hærentes in abrupta præcipitaret. potentiæ vertex, vt plurimũ intutè gubernat elatos, qui cũ ad superiora, & excelsiora nequeant, in humilia se deuoluunt. in calamitatum abyssos ex summo imperij iugo demersa est Roma, cuius casum hi duo tyranni festinarunt. toto orbe potentiorem impotentia sui incessit. Europę, Asiæ, Africæquè domina, spontè se credidit tyrannidi. Acciuit luxum, qui Cæsari occasionem præstitit imperij. non enim multùm laborauit in subigendis iam luxu edomitis, nam emoritur in luxu libertas. creuerunt seruitia, proles ingenua contabuit, adoptati desiderabantur filij, non geniti. ruebant nobiliores domus, nullo sobolis fulchro subnixæ; cum dein exhaurienti luxui Tiberij, & Neronis imperia sanguinis, & exactionum se iunxerunt. tunc densas cateruas rare-

scere

ſcere, multitudinem diuaricari,diſ e:- di ciues, truncari dominium, maieſtatem, nomenque Romanum minui, abrogari matrimonia, vitam tot pulſatam malis abhorreri longæuã, mortem properam ad ſolatium expectari, cum qua Romanus intercidit orbis,nõ vaſto murorum amplexu, vel prouinciarum acquiſitione, ſed ciuium copia coalitus.

Duo igitur mundum peſſundant, luxus, & auara Principũ imperata. ambo iſta ſe miſcent, & à Principe radicem trahentes, ad populorum profligationem altè pullulant. nam luxus auaritiam ad populorum vexationem producit in Principe; vtraquẽ refunduntur in populum, qui luxus ſpontè fit æmulus, preſſatur impoſitis. interea vtraquè laniena diſcerptus nõ cupit eos in equuleum perducere, quorũ acceſſu grauius collideretur. quod ſolatium parentis eſt, filios ad miſerias vocare? illos dolorum conſortes habere, quorum crucitatus ſibi intendunt tormenta? erogationibus ſolicitor inquit? impenſiùs prouocaret, ſi filios ſuſtuliſſem. tributis impar ſum? quid inde

inde, si filios enutrirem? angustum victum ex amplissimis meis bonis voracissima tempora vix concedunt? si curanda essent vxoris supellectilia laboriosiùs viuerem. si nubo, instruere domum, ornare mulierem debeo. solus tot curis nō frangor. filiorum educatio luxuriem coercet: me cæteris inferiorem facit. meliùs igitur, quod nō procreē; procreatis nō sufficio, ideò eorū vitā negligenter custodio, funera non deploro, quietiorem illis patriam, mihi vitam minus infestā sperans ab ipsorum morte.

Lucet igitur comætes non incendit, raram illam molem inuisit sol, nulla flamma consumit. fæcunditatem ex illo decreuerunt sydera, non fumos, & vastationes: si perire voluissent terras, illud humidum primigenium soluissent flamma. interminabile agitāt imperium, ideò benignè cogendo viuificant, luceq; fæcundant. Perennitatem, amplitudinē dominij tui exardescis? humanum est hęc optare; humana ergo remedia proferenda sunt, quæ auctum generis humani solicitēt, non impediant incrementa. A Principe

cipe integritatis, iustitiæ, beneuolentiæ splēdor dirametur in subditos, nullus auaritiæ,& crudelitatis ignis descēdat: flamma breui lucet, mox extinguitur pabulum discerpens. Durat innocua lux, quia pastu non eget, & quā applicat materiam, non vorat. Ideò pauemus comætem, quia arbitramur vrenti splendore decurrere, si illū tantū modo splendidū cōciperemus, nihil mali indè ominaremur. quò rectę administrationis fulgores emicant, hominum genus ire properat, stationem figere, vxorem ducere, filijs affectat recreari. crescit inibi absque terrarum auctu dominium Principi, vires imperio, redditus vectigalibus.

Principi paucorum subditorum, nō nisi parum, vel multa portoria contribuere possunt. multum multi elargiuntur. non enim tunc duntaxat tellus industria, & solertia prægnans copiosiores fruges enititur, sed amictus, & alimenta plurima à denso populo vsurpata implent vectigalia, ijs imminentia, callidèq; fami, & nuditatibus nostris insidiantia, ea tamen mensura, vt sine sensu sensim trahant. nā modestè

deſtè repartita ex multis rebus in numeroſa plebe immenſam pecuniā ad Principis ærarium, vix intellecta conducunt. obſeruamus ciuitates, quę quo magis populoſæ ſunt, eo maiores redditus ſupremo deferunt. imò noſtra Europa quaſdam vrbes oſtentat tanta hominum copia infarctas, vt ſicut regna multitudine exæquant, ità retributionibus ſuperent. vnde colligit indeficientes opes regnum Galliæ, aurum, argentum, & merces indicas illiciens? vnde Anglia potētiam ſuam æſtimat? Olandia mūdi ſpectaculum ſe prebet? bellicoſam Suetiam cæteræ nationes timent? vis, diuitiæ in hominibus sūt.

Et quia ad hoc pūctum deuenimus, vellem extenderemus lineā ab Adriatico mari ad Balticum vſque. Decurramus primum Italiam: regio olim tam ferax, nunc aliundè victum ſuſpirat. Bone Deus! quo abierunt tot Reſpub. copijs non mediocribus munitæ? bella, quæ legimus tot ſæculis ſuſtentata. ſartæ clades? interneciones reparatæ? vindicatæ populationes? bonis ſuis tanta multitudo viuebat. nondum enim exoticis terris alimenta

quæ-

querendi emerſerat conſuetudo. nunc maris iram deprecamur, ne annonam intercludat. Degenerauit ne tellus? abolita ne eſt pullulandi virtus? abſit ſydera id pati. cur ergò nullo populata ſenio retrò abijt, & cõſueta munera detrectat? non audit tellus niſi repercuſſa, duram ſubmittit ceruicem, cùm ſępiùs obteritur, leuitèr proſciſſa, & verberata tenuitèr prouenit, plenio-ri opera faticata exuperat. Fertilitatẽ ſuam decoxit Italia, cum populum conſumpſit. magis forſan conſpicua nunc ſunt ſupellectilia ciuitatum, põpa veterem excedit; extulit ſuperciliũ luxus, tributa quoque ferociùs impetunt; nerui verò reciſi ſunt, calor natiuus attritus, flacidum corpus eſt. noſtrum pelagus hoſpitales claſſes, vel miratur, vel pauet, ex vernaculis rarę ſulcant naues. ſi Turcarum copię aditùs noſtros, & repagula infringerent, deſideraremus homines, proculdubio ex noſtra gente obſiſtentem exercitũ non colligeremus. Religioſorum preces victoriam ſponderent, paucæ manus cladem, & populationes non vindicarent. vexationibus, & luxu fati-

gati

gati, compulsiq; permulti ad religionem respiciunt, dulci otio, & quietioris vitæ transcursu illecti. intereà regiones, vbi verus Dei viget cultus, hominum inopia marcent, florent illæ, quarum fidem iugulauit hæresis.

Anglia postquam à Deo rebellauit, opibus, diuitijs, & robore polluit. Olandiã terra non capit, hospitatur Oceanus, quem frequentauit, lubriciq; contumaciam obstinatissimè vicit, absorptis nauigijs noua sufficiens; nullo obtentu, generatione interpollata, reuiuiscit, grandescit, culminat, perpetuabit etiam, si diuinis aliquando præceptis insistet. Dei cultus regna consolidat, ad potentiam perducit, imperia propagat, nullo pollutus velamine. castis victimis gratulantur cęli, nolunt tamen intercidere mundũ. odit Deus religionis obtentus, præter eos, qui illum syncerè, nudèq; respiciunt. Principum intereà politiæ conducit, habitatorum turbas solertèr promouere.

PFR

PER AERA VEHI VENtos non secùs, ac per terras flumina, quorum materia futilis, & inanis terra est, quæ è montium buccis, & foraminibus spirat.

Caput XVII.



Ouebit forsan non paucos istius libri series, vt à me curiosè percũctentur, cur ventorum tractationẽ in calcẽ distulerim; cur diuerterim prius ad terræ viscera, vel in cælorum altitudinem suspexerim, & remotissima insequutus sim speculationem omninò abhominantia, quæ verò nobiscum degunt, contubernium suum etiam detrectantibus ingerunt, & fidelissimã sodalitatem contribuunt, quasi socios aspernans in vltimã classem reiecerim. Non inficior, si viciniam tanti duxissem, vt ab ea auspiciũ capiendum esse putassem, assiduo flatu

tu mussaurie ventos, se primùm oportere naturalium rerum ratiocinationibus inchoamentum dare. Sed ista aeris flabella, vti suaui visitatione corporis ardores compescunt, ità mentis æstus non secùs, ac ardentissimę fornacis flammam vehementiùs asperāt. venti enim sic nobiscum ad familiaritatem descendunt, vt aucupium omne illudentes, desiderij sui animum nostrum mirabiliter impleant, vel potius desperemus aliquos calles patere ad fugacissimos posse. Spectra, & laruę sēsibus nostris vanissimi corporis speciem exscribunt: nubes vaporosam molem representant in tenebris: lucidi cometę subtilissimas exhalationes nobis obijciunt. Nihil est, quod perseueret in furto, & si nequit veram speciē, saltem figmentum non affectet imaginis, & visus aciem, vtcumq; non sistat. venti vero errores suos nunquam excusant, sæpè pulcherrimis iocis oblectānt, nonnunquam terribili vastatione deseuiunt, aliquando mollissimè afflant, aliquando accisum quanuis corpus neruis firmissimis ingruunt. Varia ex ijs senties, sed nihil

vide.

vìdebis, & penitùs non cognofces. nã quod humidi hauries ex Auftro, ficcus confumet Aquilo, vt diuerfitas tẽperierum attritam, & defudantem mẽtem exfibilet. Lybicus, & Africus aerem nubibus onerant, Boreas fudum iubet: illi humore graues, ifte ficcitate notabilis. ideò in hoc meo breui naturalium rerum complexu, cum ftimulabant venti, tanquam pulfatus ab ignotis exerrabam, fateor, in arena, incertus cui me committerem. Idcircò è re mea duxi cæteras latuas prius excutere, lucem fcilicet antèà agitare, & tenebras, vt ex ijs argumentum aliquod ad hunc vagum fpiritum nullius fpectri compotem affequendum depromerem. & ficut naturalia fibi cõmunicant, ità ex omnibus ad indagãdam naturam tam altè depreffam, aliqua rationis vmbella aliquando eluceret. at quam minimum in tanta folertia profeci ictus omnes fequeftra fefellit natura, à qua eò longiùs recedo, quò proprior effe contendo.

Ijfdem ambagibus, & ftrophis vetuftiffimi Philofophorum circumuenti, cum in ventis nihil conciperent, nihil

esse putarunt, impetum omnem referentes ad aerem, qui se ipsum excursionibus insolentibus vexet. ducebant enim vitale quiddam in elementis abscōdi, quod ea, ad tutelā sui, cōtinuis motibus fatiget. ideò aerem ex se intendere, & remittere motus, vt squalorem abigat, & putredinis declinet incommoda. nos etsi vitæ dignationibus omnino spoliata elementa nō approbamus, cuius prærogatiuam varia opificij reuelant ministeria; attamen excessus omnes circumscripsimus, & vltra moderatos impulsus nihil comperimus.

Frustulentum ventorum corpus peculiarem constituere Rempub. sedit quamplurimis, qui tamen ægrè expediuerunt frustorum materiam, quàm, vel vaporem, vel exhalationem, vel simplicem, vel mixtam variè definiētes, obscurissimam rem profunda potiùs caligine suppresserūt, quàm enuclearint. Sententias variauit dispar vētorum conditio à numero temperamentorum profecta, qui omnium elementorum naturam includunt, calore, humido, frigore, & sicco afflantes.

Aquilo

Aquilo enim, Auster, subsolanus, & zephyrus rigorem, humiditatem, æstũ, & siccitatem spirant. in vna ventorũ natura multiplex reperta est, & nulla affabrè excussa, diuersitate veritatem vmbrante, & penitùs dissentientibus iudicijs distractę sunt interpretantium mentes, quas impensiùs confudit motus obliquitas. aerem quippè à latere feriunt venti, quorum ictus, vt declinarent nonnulli, in sydera tantã molem reiecerunt, quæ præcipui quidem sunt naturalium motuum ministri, aut, vt castigatiùs loquar, imperatores pręsident, attamen peculiares causas non hauriunt: opitulantur quidem, sed tota non defunguntur prouincia. nam præter sydera, quæ disponunt, deducuntur res naturales à suis propiorib⁹ principijs, quæ alios mouerunt, vt excogitarent exhalationes secundę aeris regionis frigore pulsatas fugam citantes in obliquum, cursum præcipitare, quando euictum iàm est, exhalationes secundam aeris regionem pręteruehi cum ad tertiam allabantur.

Hæ illusiones in tanto arcano occuparũt ingenia, quas, vt sensim ape-

riamus amplissimum axioma produ-cimus, eadem scilicet materia ventos omnes in primo ortu fabricari: tẽperiem verò longis itineribus, & variarum regionum trãscursu demutari: nam venti suæ origini propiores minùs inquinati, ijsdem insistunt effectibus. Primum experimentum ducamus ab Aquilone nostrarum regionum indigena, qui nullo contradicente, frigida, siccaq; præstat temperie: iste enim madida defæcat itinera, lutum omne, situmq; sorbens fœdam tellurẽ, aquis corruptam, lubricitates tergẽs antiquo restituit nitori: humana corpora constringens vetat diffluere, calorem intimis obligat, nubium coercet licentiam, reduci serenitate pluuias, & caliginem antiquans. Planè diuersus Auster spirat apud nos adulteratis viribus æstimatus. sed ante maris trãsuectionem in suis primordijs, explorato sibi paria cum Aquilone intercedunt, nec ad hoc probandũ subornabo testes, vel ad eblandita cõfugiam suffragia, sed quartæ mundi partis fidem implorabo, & testimonia proferam.

Africæ,

Aphricæ, Lybiæq; populi marcentem apud nos Austrum, & superuacuo humido nostram corrumpentem Europam, algidum, & purum experiũtur, nubes, quas noster Aquilo illuc inuehit, dissoluentem, rigoribus, & siccitatibus nauitèr operantem, corpora firmantem, inter cælum, & terram tranquillitatis fędera sancientẽ: quibus morib? noster aduersatur Aquilo, ad illas regiones appellens itineris sorditudine conspurcatus. Igitur propè scaturiginẽ deprehẽsi venti, adoptitijs vaporibus nõ sordidati, syncerã naturam exuflantes, frigidum, & siccum sapiunt; temperiem videlicet materię addictam, à qua conditi sunt.

Hoc enodato vinculo duo oppido magis implexa supersunt, gentilis nempè ventorum materia, & scaturigo. ad hanc me primùm conuertens cogor funditùs conuellere placitum illud, quod profugas exhalationes ventos esse sustentat. nam si secũda aeris regio sua intensa frigiditate repellens halitus, præcipitaret in ventos, in quaque celi parte ventorum capita passim suborirentur. quippè

cum ab omnibus terræ partibus exhalationes ad cęlum euolent, & à toto aere retundantur, è singulis aeris punctis violentus fieret iste exhalationũ recessus, qui iuxtà decretum illud ventum sonat, & sic irrita caderet ventorum vulgatissima diuisio à quatuor mundi partibus petita, si vnaquæque regio accolas ventos haberet, nõ aliũdè ortos, quam à natiuo, proprioque cælo; & tamen aliquos experimur annos Austris, aliquos Aquilonibus addictos, multique venti statis temporibus mussitant, certisq; diebus suos incipiunt, & finiunt spiratus. Zephyrus ver deducit, ętesiæ æstuantis canis latratus retundunt, quorum nisi præsignata esset scaturigo, hic ordo non staret: sed si vndique exhalationes ab aeris frigore protruderentur, vndique venti sibi occursantes dimanarent, qui neq; certo impulsu, neq; determinatã oram impeterent: diuturnum bellum inexplicabiles rixę aerem circumuenirent, qui turbinibus implicitus assiduis gyris nullam pacem terris reddi pateretur. ijs infere, frigescere ventos, quod ità luculentũ est, vt saltem supra

Aqui-

Aquilonē instare nemo audeat, ideò ab halitibus frigidis, nō ab vrētibus exhalationibus formantur. quod si vrgebis ab ea plaga ventos procedere, quam sol exhalationibus replet, iā de Aquilone actum esset, qui ex orbis parte prorumpit penè solaribus radijs inuisa, vnique Austri tumidi incederent, quorū patria reflexibus solis obnoxia est. prætterquam quod sol, vti vaporum plurimum, ità exhalationum minimum trahit; nam istæ à subterraneis ignibus, & terræ calore emissæ ex omnibus partibus indiscriminatim digrediuntur, & ea forsan tell⁹ copiosiores euoluit, quę gelu, niueq; intensiùs stringitur, & soli minùs obtemperans est. Ne igitur tam egregiè dispensatam mensuram, & digestum ordinem, saltem in mentibus nostris peruertamus, primi fontes statuendi sunt, è quibus ventorum capita tollantur.

Sed non minùs ventorū origo Philosophorum criminatur decreta, quā selectio materiæ iustissimè damnet, quàm exhalationes calidas, & siccas esse aeris frigus auersantes perniciosè imaginati sunt. & profectò, si naturā

affectam haberent, ignosceret orb s, illicò natæ fruges tabe consumerentur, in seminibus vitalis spiritus extingueretur, direpta vita, mors largè populata vniuersum temeraret. sed tantùm excidium abominatus est Deus; quare ventos frigida, siccaq; temperie dignatus est, quæ fructuum tutelatrix, æstatis calorem compesceret, inhiberet marcorem, superuacaneas humiditates exhauriret, & calore in suas sedes adacto, creaturarū robur exolui non sineret. corpus humanum degener Auster morbosa virulentia labefacit integer verò, & emaculatus Aquilo vera ventorum natura nondum positá tuetur incolume. Decuit ergò Deū ventos illa exornare temperie, quę rerum ortui, & auctionibus facta prorogandæ vitæ conduceret.

Quo ad ventorum materiam, memorauimus deiectum hunc globum, seu necessitate adactum, seu in obsequij speciem cælorum beneficia quodammodo fumis mercari, vel recognoscere. sed vsquedum vapores tantùm recensuimus, in quos aqua transfunditur, vel exhalationes congesti

aeris

aeris, ignisq; mixturam sublimes mundi apices appetentes; de terra verò quidquam transpirare hucusque non liquet. videtur enim huius transpirationi obstare soliditas imperita fluxionis, cui tamen soliditati omnes terræ partes deuinctæ non sunt, nam terra firmitatem suam in sale nacifcitur, qui pedam entum telluris est, ad quod alligata consistentiam, & pondus adepta, à statione sua nequit discedere; ità quæ portio terræ à prima origine salē non cōcepit, futilis, & inanis deerrat. vanissimus halitus nulla humiditate vinciri, vel alicui cohærentiæ obligari potest. se in aquam demergit, & reuolat, cuius crassitiem non admittens, nec naufragium veretur, nec madore persusas alas irretiri, aut torpescere timet: compedes ideò, & vincula nescit, ac recedendi certus in omnia se penetrat. Nec illi videbor imaginaria gratis nunciare, qui pensitauerit terras omnes eandem bonitatem non sapere. nam Deus elementa in suas partes discriminauerat, quarum aliæ maturiores cæteris essent, nec voluit ad vltimum gradum ea perficere, quæ dece-

bat ex optimis, & mediocribus, nec non etiam ex crudis coalescere. egerit ideò terra suas fæces, quæ leuitate excursantes ad producendum inhabiles, ad promouenda verò germina aptissimæ sunt. mutationibus subijciebatur orbis, ideò multis speciebus instruendus erat, quæq; nobis fædior, & inertior obijcitur, illa persæpè vtiliora præstat. sic ineptior telluris portio aratro, & seminibus non respondens, in ventum abiens, terræ, aeris, frugum, & animalium vitam assiduis motibus propagat.

Terrestris igitur exhalatio frigida, & sicca non solis vi educta, nec combusta, sed spontè fluens, & suam primam seruans temperiem ventos efformat, cuius infinita quãtitas aerem occupat, aquas farcit, vacua terrę implet, flumina pulsat, quibus indeficientem motum impertit, & in altum ponderosam aquã trudit. hæc post quã diutiùs spirauit, in aeris spatia vanescit, & vnà cũ vaporibus ad pluuias agglomeratur. cæterùm ego, dum ad ventorum originem animum intendo, nõ ad secundam aeris regionem mentem

prouo-

prouoco, ſed buccas montium ſpecto, quæ tanto rumore, & impetu ventos explodunt, vt nonnunquam proiectos lapides repellant. ex ijs igitur foraminibus exactus ventus non ſurſum fertur, ſed in tranſuerſum agitur. delectatur enim aborigine ſua, quare terram perpetuò radit. in eam verò aeris partem deflectit, quæ faciliùs cedit, & liberrima pulſibus eſt. hæc ſententia difficultates omnes enucleat. otiātur vēti inſtantibus terræmotibus, eo quod terra huic materiæ aditum claudens, illoſq; auarè nutriens tabeſcere cogat, quæ è contra ventoſos halitus per abdita emiſſaria liberaliter prodigens, lacus, & maria, vel quieto aere turbat. fixi ſunt venti, & ſtato motu ſuam plagam perambulant, eo quod ex determinata plaga ſuum trahant ortum. aeris latera tranſuerberant, quia ſupra parentem ſuam non ambiunt ſe efferre. frigiditatis, & ſiccitatis alumni humiditates conſumunt, & ardores mulcent. ſed non poſſunt ab ingenijs noſtris tanta momenta concipi, niſi in altiſſima ſua referantur principia.

Decreuerat Deus hunc abiectum or-

beni vicissitudinibus factum, assiduis mortalitatis imaginibus respergere, ità tamen, vt momentaneis se perennaret, & intra mortis leges non violaretur durationis æternitas. Ideò aliqua tamquam fundamentum cæterorum stabiliuit, nonnulla mobilitate diuersauit, iussitq; vnumquodq; quietum, vel fluidum, vicem suam solerter exercere; ità dispensatis rebus, non inficior multa in dies excellisse. sic diluuijs, procellis, terræmotibus, & ignitis tempestatibus, pulcherrimus aliquando dehonestatus est ordo, exigente rerum mole, vt frequentibus crisibus staret sanitas. sed nunquam temerantur primordia, à quibus præcipua pendent momenta. sic fluminum, sic ventorũ capita in maxima instabilitate fixa sunt, & à sua sede Dannubius, Rhenus, Auster, Boreas, non diuertunt. tot seculis comprobata stabilitas coegit me vt ventis assignatem solidiorem parentem, quàm illi, qui in fortuitam, & extemporaneam exhalationum refractionem reijciebant.

Sed, antequam hanc ventorum matricem designem, dicám priùs ventos

mihi videri iustissim è nuncupari posse aeris flumina. nam sicut flumina terram ambiunt, arentem q; recreant, ita illi totum aera circundant, æstus mulcent, quasluq; suo ab importunæ quietis malitia vindicant, habentq; suos, veluti canales, & alueos, licet latissimos, per quos promanare consueuerunt. idcirco sicut Deus à mundi cunabulis, fluuiorum matricem montibus indidit, ità ventis suam statuit originem, montiū scilicet specus, & hiatus, à quibus prorumpentes in aera grassantur. materiæ verò immensam vim edidit, vagam scilicet terram, vel potiùs terræ ludibrium; quod nullius mixtionis potens omnibus miscetur, aquis potissimùm confunditur, à quibus refugiens leues auras propè madida loca excitat. verùm in terrarū abdito, loci feruore tepentibus aquis, petulantèr missionē à laxatis extorquet, confertaq; phalange lasciuiens, ad liberiores aditus exultat, & diutino flatu marcentes venas implet, nuperas vires prætereuntibus substituens.

Hac via perennant venti, qui terræ meatibus succedentes cursum ab hac

non multum diuersum intendunt, deindè pluuiarum gelido comprehensi ad terram rursus reuoluuntur, nouas vices iteraturi.

Venti qui adeò facile exoluuntur assiduis, & dispensatis terrarum exspirationibus prorogantur. ne credas tot spiracula tot propagare ventos, cum infinita vix vnius auram in tanta deperditione pducere possint. sic Aquilo quartæ mūdi parti suum debet prouentum. alioqui breui spatio confectus ad latissimas terras non prouéheretur, licet aliquæ terræ plus, aliæ minus perflent: ità spiramentorum ora distributa sunt, vt semper senescentem instaurent, nec emori patiantur; verū pro viatici mensura placidè incedit, vel tumultuosè, vel præcipitanter maturat.

Ex his concijcio ventos maximè Principes, quos quatuor mundi cardines eructant, itineris durationi nūquā succumbere, sed aerem continuis emanationibus lacessere, adeò aliquandò remissis, vt nobis intactus, & pecatissimus videatur. hoc imprimis aeris incolumitas præcipit, quę excussione viget;

get;

get: prætereà annuit experimentum; nam, quanuis humilia loca sub æstate ventilationes, quæ per ipsa mitissimè excurrunt, nobis, videantur non sentire, eodem tēpore editiora, in quæ tota moles incumbit apertè lacessuntur. verum quidem est aduersos, & contrarios ventos raro simul in procellas concurrere; nec non etiā, quando aduersarius mugit, & furit, oppositus silet. sed obmutescit non quia exciderit, vel penitùs quiescat, sed quia potentior debiliorem haurit, vel ità compescit, vt vigorem suum prodere nequeat. speculatus sum annis Austrinis vertentibus; Aquilonem quodāmodo indignari suarum regionū imperium sibi eripi, ideò, frontem attollere, hostemq; lacessere. sed ab inceptis malè cedentibus frequēter destitit, vel fractus, vel copijs in subsidium accersitis ad hostem rebellantibus; vt ventorum materia hanc etiam custodiat politicem, potentiores sequendi. superciliū omittat Aquilo necesse est, cum Annus à fautoribus, qui rerum potiuntur datur Austro.

Et quia, ad hos fautores peruenimus

caueer

cauere oportet, quòd quanuis terra assiduè soluatur in ventos, tam vbera mater non est, vt ad procellas illos exornare valeat. nam sicut flumina, nisi per longas pluuias, non tumidantur, ita venti non nisi per syderum liberalitatem exundant. ventos itaq; terra facit, tuberosos verò, & sæuientes cælum præstat. nam aer continuis vaporibus, & exhalationibus refertus est, quam materiam sol, & sydera quę orbi præsident, vel in nubem congregant, vel ad ventos destinant, qui hice aduentitijs auxilijs increbrescentes, murmure, sibiloq; superbiunt, viribusque datis ad orbis vastationem abutuntur. nihil ferociùs dominatur leuioribus animis potestatem adeptis. quare verò vni vento concedantur fasces, & secures, quibus alios premat, curatoribus adscribendum est. Sol, Luna, Sydera ità locorum mutatione, & aspectuum varietate disponuntur, vt modò Aquiloni, modò Austro studeant. ex ijs verò, qui pro tempore ad fauorem adhibetur largitionibus cumulatus, halituosaq; classe instructus, per aera Imperator vehitur. cæteri

teri terræ duntaxat suplementis suffecti consonum est, vt in humili degant; nec illi audeant obsistere, qui celorũ gratijs innixus est.

Locorum temperies ad vberandos ventos non parùm conducit; nam ea plaga, quæ humiditatibus suffusa est. iuuante Sole halitus euoluit, quibus imprægnantur venti, sic æthesiæ eo tempore spirant, quo cæteræ orbis partes arentes vẽtos earũ alumnos ieiunos destituunt. Borealis verò humescens, & niuosa Aquiloni suo pleniora vbera admouet, à quo diramantur æthesiæ. ab hac tamen locorum pinguitie non originantur venti, nam aliundè, vt iam dictum est, sua incunabula nanciscuntur, quamuis vaporũ accessione excrescant.

Licèt tellus recentèr pluuia irrorata gratissimè spiret, & fluuij frigescentibus auris viciniam afflent; tamen isti spiritus nouum non condunt ventum, sed qui tunc spirat est veluti ramus alicuius vẽti principis, potissimùm illius, qui validior regionem peragrat. si arguas, ideò recentem ventum strui, eò quod illic tantùm, quà fluuius lambit,

murmur subaudiatur, dicam id accidere, quia inibi Princeps ventus pleniorem habet delectum, ideò pleniùs spirat, qui alias terras minùs instaurantes imbecillus, & mutus excurrit.

Ventorum terra mater est,& altrix, prodigiosa incremẽta à syderibus habent. illius beneficio modestè viuunt, istorum gratijs superbè imperant; ceterùm exquisitissimè suffurantur, & inter latrocinia degunt. hinc fit, vt se polluant, ac vaporibus, & exhalationibus sordidati gentilem naturã adoptitia corrumpant.



PLACE

PLACIDI VENTI inexhausti meant, furentes citò moriuntur: Principis liberalitas vsibus per semper est; interimit se ipsam prodigentia.

Caput XVIII.



Antùm oblectat humanũ genus lenitas, & modestia ventorum, quantùm molestat ira, & profusio. Recreant illæ, quia ad nostros vsus temperatæ sunt, quos iste inexuperantia corrumpunt. Omnis cumulus naturam nostram grauat. Afflatu regimur, prosternimur impetu. optima cum ad nimietatem intumescunt, à semetipsis desciscunt ad mala. Contexuit natura ventos, vt gubernarent, reuolutio rerum nonnũquam eos tantùm intendit, vt destruant. sic benigna cum multùm gliscũt, transeunt in noxia.

Venti

Venti per internuncios nobiscum non agunt, accedunt ipsi, porrigunt se, non offerunt seruitutem suam, sed vltrò ferunt, sed intrudunt incomparabili gratia, & vtilitate, si mansueti sint. Amantissimi in osculum primùm inuadunt, labia, oculos, cutem lambūt, strictissimo amplexu se toti corpori confundunt, sudorem leniter compescunt, situm tergunt, placant æstum, genarum flammam ad natiuum ruborem mitigant, fatigatis robur, squallentibus pristinum nitorem accersunt; capillos pomposè iactant; in leuitatē illam effusi, modò vincentes attolunt, modò victi cedunt, & blandissima illa pugna, quos lacessunt, ornant, edūtq; motum spectabiliorem quiete: nec ista externa salutatione contenti, sibilo ad soporem composito repunt in aures, per nares ad cerebri ventriculos resultant, socios illic animales spiritus refecturi, patentiori ostio per os se demittunt in viscera, studium suum cordi, ad quod recta pergunt, nauantes, dein in reliqua membra diffusi nullibi sibi parcunt. Tanta comitate abutūtur pulmones, qui eos modò trahunt,

modò

modò pellunt, modò copiosiores deducunt, modò callem nonnisi paucioribus pandunt, calentes deturbant, frigidos inuitant; hos nolũt, istos reijciunt, illos seligunt. Plicant se ad visceris desiderium venti, semper præstò sunt, exclusi recedunt, aduolant vocati, non indignantur eiecti. ij non tantùm homines curant, sed & plantas, quas solis æstibus verberatas applicãt frigiditate sua compescentes ardorẽ; foliorum flabello recreant fructus, miti spiratu intercedunt vstioni, incremẽtum verò, & consumationem non retardant; quod vitium non faciant, impediunt; perfectioni verò non obsistunt. ità se dispensant, vt solis arceãt incommoda, beneficia verò non interturbent.

In tam opportunos vsus sedati venti exeunt, multa verò materia infarcti, & tumentes ad perniciem rerum tumultuantur, tunc non salutant nos, sed impetunt: sensus nostros non capiunt, sed interpellant, arietant aures, sagittant oculos, ad rigorem cutim diuerberant, assiliunt capillos, quos vario ludibrio actos, turpiter nodant, cor-

pus quatiunt, & in horrorem compellunt; non modo pulmonum flabello non obediunt, sed in pectus furiosè ruunt, insultant, premunt, recusant egredi, respirationem, & vitam obruunt. nos intereà hos difugimus, vti ad illos egredimur; sed quæ in aperto sunt, repetitis ictibus cadunt, validiora, & obstinata eorum nisus intendunt, illudũt cedentia; quæ sine detrimento feriuntur. Ramosæ arbores, si durant ad pugnam à radicibus intereunt, si succumbunt, solo capite, & brachijs plectuntur. Proscinduntur ad terram tramites, & annuum opus momento diripitur. At quid tandem post tantam fructuum stragem? perdidit semetipsum ventus, & cum rerum interitu cecidit. Exiles trunci, & tenues herbulæ seuerissimi hostis reliquiæ supersunt, ruinis suis ingemiscit tellus, clades ex hominibus querelas euocat, sed frustrà maledicitur hosti, qui semetipsum puniuit, cum furoribus suis euanuit, & post se nihil memorabile reliquit, præter vastitatem in qua iacuit.

Magno principatui leges dicit natura, non tamen adeò integrè, quin ali-

aliquando vitium faciant, non quidẽ ex gubernatricis propoſito, ſed diſſimilitudine, & copia rerum premente. Cum igitur inſtitutricẽ naturam Principibus offero, veros, nothoſq; partus cum fœditate ſua, & pulchritudine exero, vt in vtroſque defixi dehoneſtamenta repellant; intacta verò facinora complectantur. quod ſi rerum cõgeſtus ità grauet decreta, vt nonnũquam frangat, raro vitia neceſſitatibus dentur, abeant à regimine nunquã virtutes. In Republica ſaluberrimè exhalat liberalitas Principis. Aura iſta eſt, quæ in principatum emiſſa vitalẽ rebus omnibus inſpirat temperiem. Quidquid iſtius halitus ope floret, non vnctum, non pigmentatum, ſed ex ſanitate viſcerum emicat. hac lenitate ſufflatus aulæ ſplendor nitorem nõ obſcurat popularem, cuius lucẽ maior illa non rapit, quæ in omnibus iuxtà gradus diſtributa, non confuſa nitet. Taxata eſt cuiuſque conditio, ſeruat quiſque ſuæ conditionis tonum. ſuam hilaritatem, licet ex arcto, expandit pauperies. non enim extuberant ad humilitatis preſſum amplæ opes. ſic

nemi-

neminem discerpunt ærumnæ, neminem vltimæ illæ miseriȩ quatiunt. laudant omnes sortem suam in Principe: obiurgat nullus, cum beatos multos, calamitosum neminem faciat. facies rerum nullibi sibi aliena. si arua, si ciuitatem, si regiam spectes, rusticitas villicum non punit, vrbs non stringit ciues, dignationes nō degrauant aulicos, locus suus tutus, & imperturbatus omnibus est. multi pro Republica vigilant, pauci prædantur, nullus pecuniæ turbo è suo solio iura deturbat, quæ supremi liberalitate fulciuntur. inoffensus ingrederis exercitum, illam colluuiem hominum malè audientium cicurant stipendia; in te rabies non exit. furor pro te stat, feritas patrocinatur tibi. tandem flatus iste liberalitatis pestem discutit, & suauissimè Reipublicæ ordines adspirans, æternam componit tranquillitatem.

Produximus liberalitatem, quam huc vsq; non introspeximus, & tamen huius virtutis intima reuelare maximi profectus est. Ignorantia multorum, illius pulchritudinem polluit, fædauit persæpè malitia. sed precæteris specio-

sitas

sitas nominis quòt imposuit. Putant quàm plurimi hanc emittere, quā deflorant, suis largitatibus adhibere, quā abutuntur; affectant libidinosè nomē, rem enormiter inquinant, & inflatam vitio virtutem perdunt, quæ ex placido in eum tunc abit ventum, qui tumefactus incrudescit.

Liberalitatis insigne nè te decipiat; præfesert, neminem læde; expunge nomen, quo teneris. munerare virtutes, pretio labores vindica; prudentèr, & modestè tuū eroga, ab alienò abstine. Scrutare mecum quantum de existimatione Principis detrahant populorum voces, erogationibus illius obstrepentes, quòd hinc reuellat, quòd alibi spargat. Alius intempestiua distributione frangatur, & solidis deficiat, qui non proficientibus abundare voluit. Alius ergà fatigatos parcus, manum aperiat otiosis. Potest ne aliquis istos inter liberales recensere, quos profusio reos sistit? diligētèr igitur interstinguenda virtus est, quæ facilè in vitium collidens, quasi pacatus zephyrus in tempestuosum Boream fatescit.

Mergi.

Mergitur in prodigalitatem liberalitas, & tanquam alto gurgite sepulta delitescit, eiusq; modestiæ vestigia penitùs disparent, soli fluctus tumultuantur, soli Aquilones fremunt, vnæ dominantur procellæ; non modò quies, placiditas, & moderatio abigitur, sed nec spes futuræ tranquillitatis elucet; semel in vitium deformata virtus, in suam imaginem redire nequit; deformatur cum intenditur, & vltrà mediocritatem suam deducitur. non secus ac qui prius moderabantur, mox increbrescentes venti, penitùs demutati, ruinas agitant. Certus limes largitiones comprehendit, vltrà quem vitiosum exalant. suus cunctis limes cognoscendus est, vt intra spatia virtutis spiret, ne imprudētèr exūdantes, inhonesta, & improba efflēt. Suæ vires omnibus hominibus hunc limitem circūscribant; redditus cuiq; exitum metiatur necesse est. Conferendæ sunt vectigalibus inpensæ, & ad illorum fines concludendæ; nam si transcendatur meta, vel vectigalia proferenda sunt, vel in paupertatem cadendum. conuellunt illa populos; hanc Principes

vel

vel cum monarchiæ subuersione non ferunt. transgressus verò facilis est, cuius principium gloriosè splendet, cum immensum dare, videatur Principem præferre. attamen si dona ad fructuum pondus æstimata non sint, ad propudiosa ducunt; in populorum deuastationem, vel inuito descenditur, nec Princeps ditatur, qui in dies profusionibus anhelans; inopia demùm premitur, plus exhalans, quam trahens, suam, & subditorum impotentiam acriter pungit. Inter hos stimulos principatus distrahitur, resonat tunc murmur inconditum, crepitant fremitus, & clamores dissoni; querulæ voces aera lacerant, mergitur dies, Boreas suprema occinit, excurrit tempestas, latera, tergum, frons indistinctè quatiuntur, nulla rebus quies, omnia impetus discerpit. quocunque oculos deflectis, in præcipitia, casus, naufragia, incurrunt, omnes cumulis iniquè student; expilationes impunitæ, transmissa furta; lex venditur, aurum scelera tergit; cogendi laudatur calliditas, versuties, & nouorum portoriorum vexationes haud

vulgari pręmio redimuntur.

Difficile pondus subeunt prodigi, quod dum nituntur deponere, firmiùs hæret, & increscit. Libido enim petendi à donis impensiùs accenditur;& in ipsa dandi facilitate auidiùs depascitur. magis ieiuni sunt, qui magis hauserunt; ità vt prodigendi finē nō inueniat, qui semel inceperit. nā gliscit cum paucorū opulentia luxus, & omnium paupertate; indigenarū opes reuoluuntur ad exteros. vilescit quod vernaculum est, in pretio habentur exotica, seclusa, & remotissima magno ducuntur. ipsamet ingenia subacta, & fæcunda eo titulo fastidio sunt, & arescunt, quod domestica sint. Omnis ordo succumbit, pauperibus portoria exitio sunt, luxus diuites atterit, calamitates, & ærumnæ latè imperant; ruit rerum status, & prodigētia tanquam impacatus Aquilo, præter ruinas, in quas se consumpsit nihil venditare potest.

Dabo tibi è Romanorū penu duos Imperatores, Augustum, & Caium. extulit liberalitas Augustum; commisit imperium in triumuirorum domi-

natione

natione diremptum, iustitiam reduxit, grassatorum turbas per licentiam ciuilis belli ad colonorum direptionem adultas, expunxit, libertatem militũ stipendio continuit, ciues congiario, nobiles muneribus, Senatores ampliatione sensuum ità demeruit, vt obligaret officio, addiceret iustitiæ, vinciret legibus. muniuit vias ab insidijs, ab excursionibus arua defendit, tranquillissimã securitatem in ciuitatibus collocauit. Templa Dijs, theatra spectaculis, insignibus viris statuas, porticus, & inuidiosa molimina erexit. Accommodauit pauperibus pecuniam illustri largitione, quia nullo fænore vmbrata. munificentissimus apud milites, apud ciues, apud totum imperium, sibi parcus, excessiuum in se ipso castigator, affectauit optimi imperatoris nomen, & oculati dispensatoris. Liberalitatem dilexit ideò infinitis, sed ad æquilibrium elargitus est; prodigentiæ, & luxuriæ se exemit, huiusq; virtutis beneficio imperium armis, ac necibus partum, sibi, & posteris tutũ floridumq; vindicauit.

Pronepos Caligula imperij retina-

cula citiùs recidit, quã assumpsit, thesaurorum Tiberij prodigus hæres, largam benefaciendi materiam sine benefactis dilapidauit. cum immensis diuitijs, quas malè recognouit, venit ad imperium pauperrimus, perseuerauit egenus, miser finiuit. nunquàm tã exquisitæ auctiones, & odiola vectigalia grassata sunt. scribebat ensis portoriorum scita, tantùm ad pendendũ cogebantur populi, quantum arma exigere possent, extremam rebus omnibus vim adiiciens, qui in dando imprudentèr à mediocritate desciuerat. intereà ipse imperator non magis expilatus, quàm Respub. inops, quàm plebs, mendicus, quàm vltima paupertas, inhiabat lucro non ex cogendi stimulo, sed egestate, quam sibi imponebat, compulsus; populos, amicos, Principes, ipsos met Deos nudauit. Vt videas an iustè cum iis conferatur ventis, qui v[illegible], scindunt, pro[illegible] nunt, vast[illegible]

bies, eò velociùs extinguitur, cum ipſamet natura tantæ profuſioni non valeat ſuffragari, deſtituit & illi inter tot baccationes, neruis intempeſtiuè ſolutis, ſyderantur. Areſcunt venti, quorum profuſiones natura non regit, & fragor ſilet, & imperioſa illa iactatio citiſſimè abit. nam immodeſta non promuntur duratura. Prodigum Principem non ferunt ſubditorum opes, quas inuecta paupertas deuorat, & ille inter faſtoſas acclamationes, & adulantium plauſus ruit ad inopiam præceps, & cum ſuis fulgoribus à largitionibus petitis conficitur. Longum æuū propagat liberalitas, prodigentiā breuis dies corri Floruit Romanum imperium uguſti ſenectutem, nis temperantia ſa tuliſſet incolum ratoris genium erdidit, cū inua peratore in deu um, de largit n conſtitueru n decus Ro n regnauit di b omni ſplē-

dore

dore egeſtas,poſuitq; in veſtibulo ędium indictas ſtrenas captantem. ò quã malè dignitatem ſuam cum Auguſto metiebatur. ille ineunte anno ducebat, imperatorium eſſe, ſtrenas dare, iſte petere,& quod pauperes olim à diuite imperatore acceptum veniebant, nunc egeno conferre iubebantur. iàm ceciderat à dignitate miſer; improbus erogandi modus Imperatorem à Caligula ſepoſuerat; prodigalitas luculẽtum nomen extinxerat; impotentia ad illud petendum compulerat, quod ſciuerat nec cuſtodire,nec dare; nõ enim dederat, ſed profligauerat, ſed diſperſerat, ſed in nihilum redegerat. ſuus furor debilitat ventos, & temerarij inſumptus infirmant Principem, cui vel laxa imperia non ſufficiunt. in hoc tamen diſſentiunt, quod acciſus ventus, & extenuatus conticeſcit, egenus verò Princeps frendet, inſultat,quatit, euertit, depopulatur, cadere non vult, deſinere neſcit. Tandem hoc ſibi etiam cum vento commune fit, quod amittit feriendo vires, & in ſuas clades diſſoluitur. Sic Caligulam editæ ruinæ oppreſſerunt.

Libentissimè medicorum astipulor axiomati, experientiam esse rerum magistram, cui non incubans ratio, somniorum potius versat imagines, quàm vera fingat argumenta. Prodigalitatis encomia, indefessa fatigarunt ingenia, quæ docuit euentus à summis laudibus ad infimas calumnias sæpissimè defecisse. istam, quæ primo intuitu sublimes spiritus mirantibus obijcit, auaritiam, rapinam, crudelitatem, & abiecta consilia alere prodidit experimẽtum. Procellosissimum ventorum turbinem terra, & maria formidant. Iste sæuitiem nanciscitur in conflictu, quẽ serunt oppositi venti, in se inuicem cõcursantes: dum enim refranguntur, cum nec retrocedere queant, nec pergere, nec in angusto stare se rotant. Rabiẽ suam gyro asperant, & insubiecta tàm diù recrudescunt, donec euolent. Animus hominum potentiùs afficitur, cum contrarijs vitijs distrahitur. Prodigalitas sine multarum prauitatum comitatu non insidet, & quod mirabilius est, ministram adhibet auaritiam, quamq; videtur studiosè euertere, in ipsam studiosè incumbit, &

ſuorum facinorum ducem, & anteſignanam decernit; quæ tamen prodigalitatis ſocia à communi illiberalitate diſiungitur, cuius fædiorem, & aſperiorem faciem gerit. Extorquet iſta, non congregat; nam, non ſibi, ſed voluptatibus diripit, nunquam nō vorans, quia ſemper eſuriens, inexplebilis, quia inceſſantèr exinanitur; clementiæ nunquam prona, quia ſine intermiſſione neceſſitatis ſtimulis agitur; ſe eorum ſentit egenam, quæ aliis ignoſcit; nudam, ni cæteros ſpoliet; in paupertate irriſā, ni cædibus, ſubhaſtationibus, furtis, ſacrilegiis; ex ſacris etiam imaginibus lachrymas euocet. Huic præſtò ſunt fraus, inſidiæ, crudelitas. Hinc intelliges quantum vitium prodigalitas ſit, quæ non niſi pluribus ſtipata incedit, & ſine omniū penè prauitatum ſatellitio nequit ſe promere.

Id habent peculiare vitia, vt cæterorum contubernio gaudeāt, vnumq; deducat ad alia. Sic animum ſemel captum, plura obſident, & cum vni patuerit aditus, turba ſequitur contraria tamen, & penitùs diſſidentia

nullam diriment mentem, nisi prodigam, ideò omnium pessimum vitium prodigalitas est, cui suadet ambitio auaritiam adhibere, & non prodere, tanquam illam, quæ à munificentiæ fastu multùm subtrahit. Fucat itaque auaritiam suam prodigus, & quod lęthaliùs est, fucum trahit à virtutibus, quas dùm vitio permiscet, fędissimè corrumpit. mandat iustitiæ rapinas, quam subornatis criminibus solicitat, & immanitèr prædatur, quia videri vult se iustè prædari.

Quod prudentissimus intellexit Seneca, orans Neronem, vt sibi data resumeret. Nihil impensiùs incumbebat Philosopho quam Principis profusi munera, quæ præfecti Burri interitum festinauerant. Ad noua munera quotidiè conuersus Nero, vetera cum possidentium morte reposcebat, quasque nō suggerebat imperium opes, ex amicorum eruebat calamitatibus. Seneca impendenti vitæ magis, quam bonorum discrimine consternatus, ista vltrò deferebat, vt illam mitiori fato reseruaret, cuius prouidentia infrà auaritiam Principis fuit, quæ ne se exe-

 reret

reret, crimina finxit, crudelitatem sociauit, & ambo rapuit; nam auiditas prodigentiæ tumorem verens imminuere, non priùs grassabatur in bona, quàm excita inhumanitate sub iustitię specie insontem vitam corriperet.

Non modò auaritiam operit prodigalitas, sed ipsa se celat liberalitatē obtendens. suam enim deformitatem intelligens, non audet se producere, nisi sub liberalitatis facie, qua studet sugillationes fucare. sed nullum linimentum tantam fæditatē satis abscōdit. Hic vitiorum aceruus per tot latera eminet, vt in populos, & gentes cum toto apice se diffundat. Si Zephyrus permutaret impetum cum Aquilone, statim perciperetur non illinc Zephyrum, sed Aquilonem spirare. vnūquodq; per suum facinus deprehenditur. Palpitationem à quassibus, vel stupidi sensus nouerunt seponere, omnibus blanditur, neminem pungit liberalitas, cùm primùm mordet, constat perijsse, & frustrà illud nomen profertur, quod exanime est.

Auaritiam tamen infamant omnes,

&

& iure, ac meritò, dehonestat quippè cunctos, sed in primis Principem, illiberalitati animum defigere. Qui pluribus imperat, plures debet obstringere. Beneficia ea sunt, quæ mortalium animos mancipant. Dominantes, cũ nefas sit, alios seruitio demereri, donis auctorare duntaxat possunt; præcipuè cum plurimorum domini, plurimorũ manu egeant, vt quò maiores Principes, eò frequentiori seruitute opus habeant, cui multoties dominatus laboriosiùs inseruit, quàm ipsa pareat; sibi enim reciprocantur, iste seruorũ ope regitur, illa munere defecta soluitur. sic totus orbis in dando, & accipiendo positus, seruitio premitur, cum non minùs ex debito elargiri, quam ex pacto recipere, ad seruitutem referendum sit; nam pari solicitatione tenentur ambo, vni scilicet explere, alij debito pares esse.

Quarè liberalitatis, non tantùm virtutis pulchritudine, quantùm regiminis præstantia, monentur Principes, quę decretione, & aucto in vitiũ transcribitur. Quidquid ab alueo ad crepidinem discedit, virtuti, quæ medium

vulgari pręmio redimuntur.

Difficile pondus subeunt prodigi, quod dum nituntur deponere, firmiùs hæret, & increſcit. Libido enim petendi à donis impenſiùs accenditur;& in ipſa dandi facilitate auidiùs depaſcitur. magis ieiuni ſunt, qui magis hauſerunt; ità vt prodigendi finē nō inueniat, qui ſemel inceperit. nā gliſcit cum paucorū opulentia luxus, & omnium paupertate; indigenarū opes reuoluuntur ad exteros. vileſcit quod vernaculum eſt, in pretio habentur exotica, ſecluſa, & remotiſſima magno ducuntur. ipſamet ingenia ſubacta, & fæcunda eo titulo faſtidio ſunt, & areſcunt, quod domeſtica ſint. Omnis ordo ſuccumbit, pauperibus portoria exitio ſunt, luxus diuites atterit, calamitates, & ærumnæ latè imperant; ruit rerum ſtatus, & prodigētia tanquam impacatus Aquilo, præter ruinas, in quas ſe conſumpſit nihil venditare poteſt.

Dabo tibi è Romanorū penu duos Imperatores, Auguſtum, & Caium. extulit liberalitas Auguſtum; commiſit imperium in triumuirorum domi-

natione

natione diremptum, iustitiam reduxit, grassatorum turbas per licentiam ciuilis belli ad colonorum direptionem adultas, expunxit, libertatem militū stipendio continuit, ciues congiario, nobiles muneribus, Senatores ampliatione sensuum ità demeruit, vt obligaret officio, addiceret iustitiæ, vinciret legibus. muniuit vias ab insidijs, ab excursionibus arua defendit, tranquillissimā securitatem in ciuitatibus collocauit. Templa Dijs, theatra spectaculis, insignibus viris statuas, porticus, & inuidiosa molimina erexit. Ac commodauit pauperibus pecuniam illustri largitione, quia nullo fænore vmbrata. munificentissimus apud milites, apud ciues, apud totum imperium, sibi parcus, excessuum in se ipso castigator, affectauit optimi imperatoris nomen, & oculati dispensatoris. Liberalitatem dilexit ideò infinitis, sed ad æquilibrium elargitus est; prodigentiæ, & luxuriæ se exemit, huiusq; virtutis beneficio imperium armis, ac necibus partum, sibi, & posteris tutū floridumq; vindicauit.

Pronepos Caligula imperij retina-

cula citiùs recidit, quā assūmpsit, thesaurorum Tiberij prodigus hæres, largam benefaciendi materiam sine benefactis dilapidauit. cum immensis diuitijs, quas malè recognouit, venit ad imperium pauperrimus, perseuerauit egenus, miser finiuit. nunquàm tā exquisitæ auctiones, & odiosa vectigalia grassata sunt. scribebat ensis portoriorum scita, tantùm ad pendendū cogebantur populi, quantum arma exigere possent, extremam rebus omnibus vim adiiciens, qui in dando imprudentèr à mediocritate desciuerat. intereà ipse imperator non magis expilatus, quàm Respub. inops, quàm plebs, mendicus, quàm vltima paupertas, inhiabat lucro non ex cogendi stimulo, sed egestate, quam sibi imponebat, compulsus; populos, amicos, Principes, ipsos met Deos nudauit. Vt videas an iustè cum iis conferatur ventis, qui vrunt, scindunt, prosternunt, vastant.

Venti, qui leui spiratu se exerunt, assiduo per amicum aerem decurrunt; furentium verò lenit mala, breuitas procellæ. quo enim vehementior rabies

bies, eò velociùs extinguitur, cum ipsamet natura tantæ profusioni non valeat suffragari, destituit, & illi inter tot baccationes, neruis imtempestiuè solutis, syderantur. Arescunt venti, quorum profusiones natura non regit, & fragor silet, & imperiosa illa iactatio citissimè abit. nam immodesta non promuntur duratura. Prodigum Principem non ferunt subditorum opes, quas inuecta paupertas deuorat, & ille inter fastosas acclamationes, & adulantium plausus ruit ad inopiam præceps, & cum suis fulgoribus à largitionibus petitis conficitur. Longum æuũ propagat liberalitas, prodigentiã breuis dies corripit. Floruit Romanum imperium ad vltimam Augusti senectutem, & cum illa regiminis temperantia sæculorum lapsum sustulisset incolume ni demutasset imperatoris genium; quod Caligula tunc perdidit, cũ inuasit; pauciq; anni de imperatore in deuorato imperio mendicum, de largitore stipum collectorem constituerunt. Ipsius auus nunquam decus Romanæ Reipub. decoxit, & regnauit ditissimus; deturbauit istũ ab omni splẽ-

dore egeſtas,poſuitq; in veſtibulo ędi-
um indictas ſtrenas captantem . ò quã
malè dignitatem ſuam cum Auguſto
metiebatur . ille ineuntē anno ducebat, imperatorium eſſe, ſtrenas dare,
iſte petere,& quod pauperes olim à diuite imperatore acceptum veniebant,
nunc egeno conferre iubebantur . iàm
ceciderat à dignitate miſer ; improbus
erogandi modus Imperatorem à Caligula ſepoſuerat ; prodigalitas luculẽtum nomen extinxerat;impotentia ad
illud petendum compulerat, quod ſciuerat nec cuſtodire,nec dare; nõ enim
dederat, ſed profligauerat, ſed diſperſerat, ſed in nihilum redegerat. ſuus
furor debilitat ventos, & temerarij inſumptus infirmant Principem, cui vel
laxa imperia non ſufficiunt. in hoc tamen diſſentiunt, quod acciſus ventus,
& extenuatus conticeſcit, egenus verò
Princeps frendet, inſultat,quatit, euertit, depopulatur, cadere non vult, deſinere neſcit. Tandem hoc ſibi etiam
cum vento commune fit, quod amittit feriendo vires, & in ſuas clades diſſoluitur . Sic Caligulam editæ ruinæ
oppreſſerunt.

Liben-

Libentissimè medicorum astipulor axiomati, experientiam esse rerum magistram, cui non incubans ratio, somniorum potius versat imagines, quàm vera fingat argumenta. Prodigalitatis encomia, indefessa fatigarunt ingenia, quæ docuit euentus à summis laudibus ad infimas calumnias sæpissimè defecisse. istam, quæ primo intuitu sublimes spiritus mirantibus obijcit, auaritiam, rapinam, crudelitatem, & abiecta consilia alere prodidit experimētum. Procellosissimum ventorum turbinem terra, & maria formidant. Iste sæuitiem nanciscitur in conflictu, quē serunt oppositi venti, in se inuicem cōcursantes. dum enim refranguntur, cum nec retrocedere queant, nec pergere, nec in angusto stare se rotant. Rabiē suam gyro asperant, & in subiecta tàm diù recrudescunt, donec euolent. Animus hominum potentiùs afficitur, cum contrarijs vitijs distrahitur. Prodigalitas sine multarum prauitatum comitatu non insidet, & quod mirabilius est, ministram adhibet auaritiam, quamq; videtur studiosè euertere, in ipsam studiosè incumbit, &

suorum facinorum ducem, & antesignanam decernit; quæ tamen prodigalitatis socia à communi illiberalitate disiungitur, cuius fædiorem, & asperiorem faciem gerit. Extorquet ista, non congregat; nam, non sibi, sed voluptatibus diripit, nunquam nō vorans, quia semper esuriens, inexplebilis, quia incessantèr exinanitur; clementiæ nunquam prona, quia sine intermissione necessitatis stimulis agitur; se eorum sentit egenam, quæ aliis ignoscit; nudam, ni cæteros spoliet; in paupertate irrisā, ni cædibus, subhastationibus, furtis, sacrilegijs; ex sacris etiam imaginibus lachrymas euocet. Huic præstò sunt fraus, insidiæ, crudelitas. Hinc intelliges quantum vitium prodigalitas sit, quæ non nisi pluribus stipata incedit, & sine omniū penè prauitatum satellitio nequit se promere.

Id habent peculiare vitia, vt cæterorum contubernio gaudeāt, vnumq; deducat ad alia. Sic animum semel captum, plura obsident; & cum vni patuerit aditus, turba sequitur, contraria tamen, & penitùs dissidentia

nullam diriment mentem, nisi prodigam, ideò omnium pessimum vitium prodigalitas est, cui suadet ambitio auaritiam adhibere, & non prodere, tanquam illam, quæ à munificentiæ fastu multùm subtrahit. Fucat itaque auaritiam suam prodigus, & quod lethaliùs est, fucum trahit à virtutibus, quas dùm vitio permiscet, fœdissimè corrumpit. mandat iustitiæ rapinas, quam subornatis criminibus solicitat, & immaniter prædatur, quia videri vult se iustè prædari.

Quod prudentissimus intellexit Seneca, orans Neronem, vt sibi data resumeret. Nihil impensiùs incumbebat Philosopho quam Principis profusi munera, quæ præfecti Burri interitum festinauerant. Ad noua munera quotidiè conuersus Nero, vetera cum possidentium morte reposcebat, quasque nō suggerebat imperium opes, ex amicorum eruebat calamitatibus. Seneca impendenti vitæ magis, quam bonorum discrimine consternatus, ista vltrò deferebat, vt illam mitiori fato reseruaret, cuius prouidentia infrà auaritiam Principis fuit, quæ ne se exe-

reret, crimina finxit, crudelitatem sociauit, & ambo rapuit; nam auiditas prodigentiæ tumorem verens imminuere, non priùs grassabatur in bona, quàm excita inhumanitate sub iustitię specie insontem vitam corriperet.

Non modò auaritiam operit prodigalitas, sed ipsa se celat liberalitatē obtendens. suam enim deformitatem intelligens, non audet se producere, nisi sub liberalitatis facie, qua studet sugillationes fucare. sed nullum linimentum tantam fæditatē satis abscōdit. Hic vitiorum aceruus per tot latera eminet, vt in populos, & gentes cum toto apice se diffundat. Si Zephyrus permutaret impetum cum Aquilone, statim perciperetur non illinc Zephyrum, sed Aquilonem spirare. vnūquodq; per suum facinus deprehenditur. Palpitationem à quassibus, vel stupidi sensus nouerunt seponere, omnibus blanditur, neminem pungit liberalitas, cùm primùm mordet, constat periisse, & frustrà illud nomen profertur, quod exanime est.

Auaritiam tamen infamant omnes, &

& iure, ac meritò, dehonestat quippè cunctos, sed in primis Principem, illiberalitati animum defigere. Qui pluribus imperat, plures debet obstringere. Beneficia ea sunt, quæ mortalium animos mancipant. Dominantes, cū nefas sit, alios seruitio demereri, donis auctorare duntaxat possunt, præcipuè cum plurimorum domini, plurimorū manu egeant, vt quò maiores Principes, eò frequentiori seruitute opus habeant, cui multoties dominatus laboriosiùs inseruit, quàm ipsa pareat; sibi enim reciprocantur, iste seruorū ope regitur, illa munere defecta soluitur. sic totus orbis in dando, & accipiendo positus, seruitio premitur, cum non minùs ex debito elargiri, quam ex pacto recipere, ad seruitutem referendum sit; nam pari solicitatione tenentur ambo, vni scilicet explere, alij debito pares esse.

Quarè liberalitatis, non tantùm virtutis pulchritudine, quantùm regiminis præstantia, monentur Principes, quę decretione, & auctu in vitiū transcribitur. Quidquid ab alueo ad crepidinem dilecdit, virtuti, quæ medium

seruat, computruit, vitio extensitates colenti regentū. Liberalitatis tumor ad prodigalitatem se porrigit, contractio in auaritiam ponit; vtroq; affectu human⁹ perlępe inuritur animus, qui inter iactationes, & fluctus, virtutis sedem ægrè tuetur. quare locus admoneret vtriusque pulsum explorando, quis longius à sanitate desciscit, inuestigari, nisi ex populorum iactura luculentèr deprehenderetur, non nunquam Principis auaritiam miserijs præstò fuisse, prodigalitatem verò in ærumnas semper demersisse.

Vespasiani auaritia imperium Romanum composuit, quod tot Principum prodigētię resoluerant: leges stabiliuit: magistratus ordinauit: profugam iustitiam mundo reddidit; cum militum licentiam laborū pretio cohibuit; hæsitantes populos, proprijsq; fortunis firmauit incertos, rapinas vetauit; qui sciuit opportunè rapere, & modestè dare, seuera promulgauit tributa, & seueritates omnes leniuit, seditiones, compilationes, & sacrilegia sustulit. prædis intentis, pecunia in tēpore congesta imperator hominum,

Deo

Deorumq; protector factus est. Persæpè magna prædari, & non incommodè dispensare, duxit ad gloriam: post latrocinia exhaustus, & egens erubesce. sic nunquam satis largitionibus, prouidus, & ordinatus comparatur Princeps; cui multum conferre est iustitiam in pacem, & omnia lucrari.

Inquies nonne patre acceptior Titus. cuius dominatio populi Romani delitium fuit? at iste in liberalitate neminem primùm sustinuit, nec eo die se vixisse putabat, quo nihil cuiquam præstitisset. Hominem regit spiritus, dona Principem, qui ad priuatum recedit, cum cessat munerari. Respondeo biennij principatum laudabiliter administrare, haud arduum opus esse sub id tempus bonus obijsset Nero, si mori contigisset. Duo ad gloriosam Titi mortem feliciter concurrerũt, vita breuis, & auro turgidum paterna industria ærarium post cuius dilapidationem, si regnasset, certè aut minùs humanè, aut minus splendidè, quod arcanum Domitianus frater aperuit, cuius prodigalitas Vespasiani patris ordines confudit.

Glorio-

Gloriosè muneratur Princeps, qui iura inulta non ſinit, qui merita penſat, qui ſeruitutem non fraudat, qui ſtipendia non diuertit. Dices, Principis animus ſuper iſta adhuc aliquid molitur: difficile: ſi euentibus fidem præſtes, hæc explet, quæ ſe reſpiciunt. ſed ambitioſa hominum mens inanibus applicans quæ ſolida, & officij ſui ſunt iacere patitur.

Arceamus vitium,& ſi ad hanc partem inclinandum ſit, adeò parcè id faciamus, vt virtus integra maneat,& ſine ſui iactura alienos terminos libet. ſicut enim temporibus inſeruiendum eſt,ità in ecclyptica conſiſtere ſemper non poſſumus, multoties liberalitas in exceſſu ſe commendauit, & parſimoniam amplexa, ex hac pulcherrima, decerpſit ornamenta.

Ludouicum XII. Galliæ, & Ferdinandum Aragoniȩ Reges penè traduxit illiberalitas,quæ nihilominus tamquam ſumma virtus ex tempore reſplenduit. Cedebant ambo æui iniquitati,quæ eos bellis illaqueauit. iuſtitiã quoq; reuerebantur, quæ inhibet per libidinem in ſubditorum opes inſul-

tare

tare. prudentiam ideò deliberatio-
nibus suis præmittebant, cui insumptuũ
ratio, & redituum summa constabat.
ità negotia disponebant, vt vrgentio-
ra nullo defectu tardarentur, quædam
verò regia lumina duntaxat ad pom-
pam inflammata, aut parum enutrita
minimum eniterent, vel omninò ne-
glecta obsolescerent; quam fulgorum
negligentiam sordi tribuunt imperiti
politices æstimatores; ac si illa pom-
pa, quæ tantùm dignationẽ ostentat,
regnum sanciret. Quidam in antiquo
Regum cultu malè hærentes, putant,
turpiùs cum maiestate agi, si supellex
non lasciuiat, attalicæ non ornent,
gemmæ non luceant, quàm si muni-
menta propugnatoribus careant. ma-
lum nomen militia refugiat, redemp-
torum esca fiant populorum opes.

Non inficior splendoribus etiã Re-
gi vacandum, sed non anteponendi
sunt vsibus, alioqui lucem perdunt.
Alleuanda priùs sunt Reipub. ponde-
ra, ne obruant, deinde quod supercst,
apparatibus dandum: nam sicut hos
præterire, maculosum est, ità amentis-
simum, illa transmittere, quorum exa-
ctissima

ctiſſima cura omnem maculam ſordemq; eluit. Fundanda domus eſt, dein polienda; perſæpè eximia politura, ſtabilia fundamenta ſunt. Breues horę fucum extinguũt, natiuum nitorē vix ſenectus decolorat. munitiſſimum regnum, & robuſtum ex intimo fulgores reddit. nunquam Galliæ, & Aragoniæ regna tàm clarè fulſerunt, in Mediolanum, & Neapolim protenſa; Reges verò patres patrię, optimiq; adminiſtratores inaugurabantur. Quòd ſi bella regios ꝓuentus ſibi nō popoſciſſent eximios decebat Principes in aulæ faſtum, & munditiem incumbere, venatum ornare, comicos audire, ſpectare choreas, certamina fingere, & ſimilia animi laxamenta, vel cum aliquo diſpendio comparare. Aer cum à ventis ſilet, corrumpitur; languet principatus, ni aſſiduo liberalitatis fluxu refocilletur.

Venti non tantùm ad ſanitatem, ſed ad delitias effunduntur, vt refrigerēt, vt moueant, vt ſibilent, vt placeant; miſcuit natura tutelam oblectamentis, voluit neceſſitates tollere, iniurias deffendere, & ſimul delectare. alimenta

ità

ità composita sunt, vt nutriant, & palato sapiant. Apud Romanos vtilia reputabantur spectacula publicis expensis producta, quæ relaxando populum obnoxium seditionibus à corrũpenti otio seuocarent. Saltatio, concentus, armonia, sunt quædam otia, quæ ab otijs seducunt: vtiles impensæ exornant Principem, nec non etiam futiles, moderationem nactæ. nunquã debet illa proceritas obtenebrari, vel laturis, vel inanibus lucibus clarescat; ità tamen vt ludicri, & vacui fulgores materiam eam non vorent, quæ plenis destinatur.

Natura aliquando in marcentem aerem consultò asperauit ventos, vt animositas illa discerpti aeris purgaret inquinamenta. Profecit nonnunquam liberalitas ad prodigalitatem vsq; porrecta, dummodo non ad putrida, sed in salubria emanaret; quod erogandi genus clarissimos promouit Imperatores. Non tamen Alexandri magni factum laudarem, etsi ratum fecerit fortuna, qui processurus in Persas, patrimonium asseclis, & ducibus suis diuisit; omnia prodigens præter spem

nona

noua quærendi, quod erat abuti forte, quam ni tutricem habuisset; quos parauerat amicos forsan contemptores expertus esset. ità dandum, vt adhuc elargiri possis; cum præmia te exhauserint, seruitia decoxisti.

Liberalissimus Iulius Cæsar ex victoriarum fructibus milites saginauit, populum epulo, visceratiónibus, congiario, ludis, scenis expleuit, & obligauit. se vero nec in amicos, nec in milites, nec in ciues nunquam totum impendit.

Laudabiliter à Principe in sapientiam, & militiam maximum fluit: qui mentem humanam, & sanguinem carò mercati sunt, consilia, & vitā abundè muniuerunt, obiuerunt egregia, quę vel longa non refugit ętas. Otia etiam laudata dimanarunt. quid honestius de Principe vulgari poterit, quā quod eos largè muneratus sit, qui solio adstant, corpus circunsistunt, animum præceptis stabiliunt. satis multa non habet, quibus istos viros exoluat. hic se diffundat, hic se prodigat, vndè sanitatem, & incolumitatem sperat. attamen huic etiā excessiui modus perscri-

ſcribendus eſt, tanti ducitur expenſarũ leges cum moderamine violare, vt eadem ſanitas cum aliqua menſura, & pondere redimenda ſit. Venti, qui aerem animosè excutiendo defæcant, citò linquunt, at cum de principatu loquimur illi regimini obligandus eſt, quod ferat ætatem.

Quod ſi ſalutis fomenta quæ nullo pretio æſtimari queunt, certo pretio emenda ſunt ne noceant, quanta parſimonia, vel frugalitate inſtruenda erit voluptatum nundinatio, quæ tantùm abeſt, vt præ ſe valetudinem ferant; quinimò, & mortifera putredine infirment, cum tamen liquidò cõſtet enormiores expenſas ſenſuum blandimenta ſurripere, quod læthaliter monarchias ſauciat. erunt enim iſtæ auſtrales excurſiones, quæ contagione ſua aeris inquinamenta geminabunt, & lęthali peſte graſſabuntur. venti igitur aliqui cum vtilitate bacchantur; nulla abſoluta prodigentia nonniſi cum Principis, & populorum clade inſoleſcit. cur verò etiam iſta aliquando nõ proficit? quia vitium eſt, quod nequit ad bonum effluere, imò ad integra applicans

plicans, comminuit. Affligit prodigos libido dandi; donationes enim non ponderant, sufficit dedisse. Ideò etiamsi iustè, & ad tempus elargiantur, improuidum desiderium omnes perfectæ erogationis conditiones non expũgit; quare aliquid mali ex tumultuosis largitionibus emicet, necesse est, quod aut bonum facinus polluit, aut vetat apparere, aut fœdè corrumpit.

Sistam tibi duos maximos Reges Ferdinãdum Aragoniȩ atq; Castellȩ, & Carolum Galliȩ in eodem facinore, lõgè diuerso exitu. Carolus expugnata Neapoli, vt ciuitatis officia in se verteret innatam prodigalitatem studiosè exciuit. Plebi in primis tributorum exemptione gratificatus est. Ducibus & Principibus regni regias ciuitates dono dedit, bonis ferè vniuersis abdicauit se, cunctisq; facilis fuit, vt cũctos opportunè ad manus haberet. sed deliberationes hominum non rectè dimensæ abortiuntur. hoc grandi auctoramẽto putauit inseruisse se omnibus, & exclusit; cum parte enim copiarum terga dantem tumultus, & defectio insequuta sunt. Ex aduerso Ferdinan-

dinandus, cum Neapolim venit, distribuit præmia militibus, iura aliqua in parte collapsa integràuit, quod suū erat, pertinaciter sibi retinuit, imò vectigalia exagerauit, & cum ijs, quis crederet? populorum fidem. nàm donis Caroli degrauabantur Neapolitani, militum licentiæ improtecti, & accēdebantur ciuitates, regi tantùm audientes, sub nobilium iugum missę. Sic dum paucos improuidis dignationibus sibi iungebat, multos à se depulit, & ità suppressit veterem illum vectigalium ordinem, cui populi hæreditaria consuetudine acquiescebant, vt incerta,& grauiora afferret imcomposita administratio. quæ cum tunc non amplius tributa, sed latrocinia dicerētur, ipso nomine refugiebantur. Innotuerat Ferdinando, Principem,& principatum sine iustitia, & tributis non perennare, ideò parsimonia sua diuturnum sibi asseruit imperium, quę ità alliciebat populos, vt Philippo mortuo Castellæ vnà cōspiratione ad sui gubernationem eum accersiuerint.

Caroli cæpta in expeditione Neapolitana non dissimilem præsagiebāt euen-

euentum; nullis adhuc belli captatis auspicijs à Blanca Sabaudię Ducissa Caroli II. tutrice eum regiè hospitanti, gemmeam supellectilem mutuatus est, qua oppignorata pręsētē minuit inopiā. Bonus Rex apparatus dissipauerat ante procinctum. quare hæc excursio, Tiphonis fuit, turbantis dum præterit. Qui ad facinus aliquod consurgit bellicum, nouæ semper illi copiæ iungendæ sunt: plurimos quippè milites perdit ferrum, enecat morbus, corripit fuga, ità vt ni primos instauraueris delectus, nec progredi, nec stare possis. Prosperrima fortuna secūdùm hostem in te armat; cum primum fregerit. mortalia ità partita sunt, vt ad inuidiam grandescant imperia, eximiæq; potentiæ validiùs petantur. Sic Carolus longitudine magis non reparati belli & seditionibus, quàm hostium virtute attritus, recessum vltrà alpes, tanto rege indignum meditatus est, & inultum; quòd recenti exercitu Italiam non turbauerit: hostes non appetierit, amicis pręstò non fuerit; decoctricem causare naturam: nam ipso extincto Ludoui-
cus

cus XII. ſemper ſoluendo,& vanis largitionibus modicus, vixit ad regnum; & regni decus reuixit. validis copijs tunc preſſæ ſunt alpes, retentata Italia, Mediolanū non reſtitit; ergò inquies, liberalitatem à principatu excludis? imò amplectenda, cum virtus ſit, quę ſuum nemini arripit, promiſſum ſeruat, debitum pendit. at dare, & tollere nunquam commendabile eſt, quia vitium delet virtutem, quæ maculata ſe amplius non capit, ſed nomen mutat cum ſe in prauitates adoptat.

Prodiga mens vti concipiendo lubrica, ità deſideria proferendi impatiens eſt. illa laxitas, quæ ad externa producitur, ampliatur in intimo. cogitationes vaſta reuoluunt, nec ea agitant, quæ ferre poſſint, ſed difficilia, ac operoſa verſant, & parere volūt quidquid concipiunt, quamuis collabantur vires, à propoſito non abeunt, ſed fixantur in eo, & per omnes fluctus ardentiſſimos affectus nituntur educere, ideò à ruinoſis fundamentis ſæpiſſimè optata moliuntur. Ardor ille eſt, qui neſcit appetitus decoquere, ſed ſtatim ac accenditur, flammas euomit, vel

ſplen-

splendeant, vel vrant. Quis refrænabit ventos? semel inflati excurrant, & quatiant, necesse est, quamuis illicò exoluantur satis illis est, percussisse. Dutū aliquod sedit prodigo? perpetretur? defecit pecunia? qualibet quæratur industria, etiā mala; etiā euertente res suas. Impar annuū est, vendatur sequens; non adhuc fructus maturuerunt? legantur acerbi; sed nimis grauant, sed concoctionem non ferunt, in alimentum non cedunt; tabescet corpus immaturis fructibus altum; qui in optimam euadent saginam, si consumationem prestolaberis; si non vltrà vires tuas concupisces, si considerabis omnem humanam potentiam, esse certis limitibus definitam; si voluntatis bulimiam ratione temperabis; si renunciabis tibi; post comminuta subditorum bona, Principem consenuisse: maximi Reges hoc vitio emaciati, molliter operari sunt. Maximilianus Austriacus militia peritissimus, hoc appetitu languescens, erigere se non potuit, iniurias transmittere coactus fuit; bella pacisci, ab inceptis abire ingloriūs; in hoc tamen gloriosissimus,

quòd Carolum V. edidit abstinentissimum Imperatorē, perniciosorum insumptuum recisorem, qui minùs maluit, quàm potuit, &. obiuit maxima. rei nummariæ rigidissimus censor, à thesaurarijs rationē vltimi nummi exigebat. mehercle quàm indecorum est, adeò ineptire dominantes, vt ad res suas vindicandas nunquam se excutiant? redemptorumq; insidias, vt elabantur nō studeant, in quas lymphati non inuitò offendunt, & tamen de fastigio rei agitur. Hic Imperator inutiles insumptus, quos in se abominabatur, in alijs oderat. Marchio Vastius Italici exercitus præfectus sexcentorum Equitum comitatu in Germaniam ad Carolum venit, ad cuius conspectum prouidus prorupit Imperator. Hic fastus Ceresolæ clade me affecit. in Duce bellico non aula spectabilis, sed exercitus an copiosus, an validus in quē expedit profundere, quod si à militibus ad aulicos detraxeris, armorum aciem obtuderis.

Necessè est vt viuant venti, ne pereat mundus, eorum vita spiritus est, & in iugi excursione consistit. nec

V moriun-

moriuntur cum frendere desinunt, licet fremitum, strepitumq; deponant, sed à violento cursu ad naturalem se recipiunt. exuflationem opulētia materiæ faciebat, qua disiecta, pristina illa, & lenis exhalatio perseuerat, quæ mundum absque ruina, vel detrimento gubernat. spirant liberalitatē Principes, qua viuunt potentes, & clari, quod si liberalem spiritum cohibeant, maiestatem iugulant; cum verò exuperanter efflant violentùm spiritum agunt, qui cum periculum est, ne virtus animā emittat, quam pacatus alit spiritus. ideò non erubescant ex munificentijs maiorum aliquid detrahere, præsertim cum ad tantam adoleuerint vastitatem, vt patrimonij vastationē ediderint. non enim maiestatem degrauabunt, sed à casu in fastigium tollent.

Optima nutrix parsimonia (eàm dico quæ in virtutis gremio sedet prudētiæ res æquè librantis socia) fæcundas sæpè præbuit mammas liberalitati, & extenuatam saginauit; sed ad huius aspectum stomachantur Principes, quos sicut virtutes maiorum extenuare nō

pudet

pudet, ità vitia non producere propudiosum ducunt, illudq; firmissimũ tenent auctoritati, vel potentiæ suæ diuitias semper hæsuras, quæ tamẽ amplissimos Reges in vltima paupertate destituerunt.

Infantia Caroli IX. Galliarum Regis id sentiebat, quæ cum vel falsa exhorrescat, hanc veritatem sibi obiectam non modo non expauit, sed irrisit. Aduenerat dies Regum festus, quo Galliæ Reges adinstar totius Europæ Principum seruitutem gratuito munere exhilare consueuerunt. hac liberalitate compulsus sibi afferri pecuniam Carolus mandauit. cum decenti cumulo adfuit thesauràrius. Rex æris paucitatem causatus copiosiùs iniũnxit. minister ne officio deesset orauit Principem XI. annorum puerum, vt à prolixa liberalitate tandem se colligeret, & opes suas admodum accisas recensere dignaretur. Patrimonium tuũ, inquit, pignori addictum, populi attriti licet maximum Regem onerãt te paupertate. ad hæc Rex intemperantèr fidelissimum seruũ irrisit. eaq; animi festiuitate motus nudato capite au-

læ proceres circuiuit rogans, vt in pilei vacuū conferre ſtipem vellent pauperi Galliarum Regi.

Verte tuæ mentis gradum, & ad Hēricum IV. eiuſdem Galliæ monarchā accede. Cum Heluetijs fœdus percuſſerat (vti mos eſt multorum Principū) quod certa pecuniæ ſumma obſignatur, quā ſpopōderat Rex legatorum expectatione minorem, vndè humilitèr ſupplicarunt legati, vt penſionis tenuitatem diſpicere non grauaretur. quibus liberrimè Henricus. paupertate nunc premor, cum afluam dilatabo. ac ſi fari voluiſſet. Vos oculis veſtris, & quaſi dicam manibus contrectaſtis quot, & quantis calamitatibus ſubditi mei inundentur. Ciuile bellum hoc nomine omnium atrociſſimum regni opes accīſit. inculta adhuc cernitis arua, depopulatas vrbes, me quidem Regem ſentio, ſed inopis regni. Id nunc ſolicitè ago, vt ſubditi mei ad antiquas fortunas ſubſiliant, quibus confirmatis, liberè dabo, & deſideria veſtra vltrò explebo.

Carolus Regem à ſubditis ſecludebat, nec reſpiciebat quid ipſi poſſent,

ſed

ſed quod ipſe vellet. Ego, aiebat, imperio, ego iura gentibus diſtribuo, quid fortuna de alijs ſtatuerit pronuncio, imò ipſius fortunæ arbiter ſedeo. ipſā fabrico: ipſam debilito: ipſam examino. quis igitur meam mihi obijcere audebit, quam feliciſſimam, & perennem iamdudum ſtruxi? Henricus fortunam ſuam quærebat in ſubditis, & in eo ſpeculo, quod mentiri nequit, pauperem, vel lætam contemplabatur, dicebatq; ſibi. Egone diues in regno paupere? ego ſplendidus in conſumpto? computabo me ſine regno, à quò ſecluſus in ordinē redigor; ideò non me diuitem iactabo, quin examinem, an talem ſubditus me pati poſſit.

Henrici mens, & animus regnum ſuum latiſſimum implebant: irrepſerat ad ſolium per œconomiæ præcepta ab vtraq; fortuna inſtillata, quare reditus anteà recognoſcebat, quam ſtatueret impenſas. Præcipiebat ſibi, non alienis peribat exēplis. nec ad ſimilitudinem, ſed ad rationem viuebat. Detulit Pariſios fama feſtiuitatem Regiæ Hiſpaniarum in cauſa nati Principis, excellentes impenſas, haſtiludia, men-


tita fulmina properantes cometas, & similes fumosos ludos. Ad hæc sine supercilio dixit Henricus. ego nullum regium decus retroire patior, tot voluminibus cælum non adorior, sed exercitus mei ære militari fraudati secessionem non faciunt (senserat enim per eos dies hanc tempestatem cum graui iactura Belgium) ac si addere voluisset, res meas non inflo, fastus regios arte non prouoco, noctem non illumino, naturæ leges non cupio peruertere, quibus insto: diei splēdoribus cōtentus sum. nolo ī crepera luce quempiam decipi; veniant mortales, & in lucidissimo sole videant quid agam, an subditos meos sub vectigaliū iugū mittam, an milites pretium suum recipiāt, an iustitia sedeat, nullus apud me vexationes deprecatur; neminem in iniurijs marcescere patior: satis delectari puto populos meos cum nullus eos, nec ex mea auctoritate, nec sua potentia turbet? cum videant quassatum bellis regnum erigi, cum sentiant opes suas euersas sensim resurgere. ego Martem non illudo, quem agere paro, in thesauris meis, aurum custodio

dio, vt ipſum exorem, vt placidum, vt beneuolum habeam. tunc detonabo, tunc accendam noctes, enubilabo dies, inſolitis ignibus, & horrendo fragore ad omnes gentes armorum famã tranſmittam. tũc iactabo adminiſtrationis meæ pompam, quæ moderatione aſpirauit ad grandia; Subditos à paupertatis iugo ad liberas diuitias vĩdicauit, quæ me victorem promouebunt, & fuſum integrabunt.



DVM CONFLVVNT elementa ad inbibendum vacuum sese miscent, nullaq; mixtio perfecta est, nisi quam vinxit ignis, qui ideò potens est ad res fingendas, quia potest ipsas euertere.

Caput XIX.



Lementa quibus natura rerum compositionem ornatumq; commiserat, vel non apparenti, vel indecora facie perstruxerat. nam terra nondum aquę contubernio emollita, leuigata, & compacta, sui impotens desiliebat ad auras, dehiscebat in profundum, nuda, caperata, inconcinna, maleq; dolata nihil illecebræ, plurimùm ingerebat horroris. Aquæ, quæ ad hanc quam cernimus crassitiem deductæ speculi vice fungũtur, tunc tenuitate sua splendentiq; nitore fuscabant, Inconspicuus aer. Ignis

Ignis à materia seclusus, nec splendore, nec vstione notabilis. & tamen ex hoc horrenti, vel obscuro, quidquid salubritatis, delitiei, quasq; illustres, vel opacas intuemur imagines moliebatur natura; nec melius poterat attemperari mundus, dum agitabatur, tàm varia produci, & noua subrogari labentibus.

Si Deus hanc molē instituisset æternam, eam in crasso, vel tenui, obliteratis putredinis seminibus posuisset; æquè enim in denso, ac opaco, leui, ac tenui æterna conduntur, dummodo inquinamenta marcoris, quæ temporum infert decursio, à subiecto tollantur: in simplici materia aptissimè inuritur æternitas; nam quod nullius aduersantis contagione vexatur, nec in sui perniciem cōsurgit, nec se destruit, vt renouetur. cum igitur consiliū fuit peritura formare ex multis compingēda erant, ijsq; inter se dissentientibus, vt tadem crebris scinderentur conflictibus.

Porro res omnes quæ vitæ obeunt ministeria, liquet tenuissima, & spirituosa parte constatas; quę verò animę

excellentia dignatæ non sunt, sed infrà vitalia in delecto, & infimo naturalium loco iacent, licet planè mortuæ aliquas custodiunt virtutes ad viuentium vtilitates insertas, diuino consilio, ne quid in hoc mundo tam fædum extaret, quod præstãti aliqua vi, & potestate decorum in varios, & egregios vsus traduci non posset. virtutes verò potissimùm actuosiores tenui, ac splendido insidere gaudent, nam cum istæ è syderibus promanent, & regantur, nonnisi in lucido perdurant impressæ: in tenebris enim, crassoq; depactæ propè obruuntur, vel saltẽ à tenui non excitatæ se non exerũt. Quare tenuissimum cum crasso confundendum erat, vt ex hoc corporum structura, & magnitudo, ex illo vis, & facultas proficiscerentur, cuius ope animata viuunt, inanima verò nõ tantùm pro vili materia cæteris substernũtur, sed reconditis notis, & occultis characteribus nobilitata pretium sibi faciunt. Propterea crassamentum terræ tamquam materia corporibus datũ est, virtutes igni concessæ sunt: quæ duo elementa se inuicem refugiebant,
pro-

proruens vnum ad humilia, aliud appetens sublimiora; quare vnio in remotissimis naturis frustrà sperabatur, ni productione mediorum reconciliatio quæsita esset, in cuius gratiam alia duo elementa aqua scilicet, & aer cõstructa sunt. Vnum medium adeò distracta colligere impotens erat; præcipuè cum natura nihil violentũ agat, in coniunctione extremorum conciliatore opus est, qui vtriusq; naturæ particeps in vnum dissidentia perducat. sed cum per gradus tam longum interuallum superandum sit, & ex naturalibus nullum opposítas naturas sapiat; ideò duo hoc officium præstantius obeunt, & appositè consummant desiderium naturæ; dummodo ex ijs vnum ad terram accedat, aliud ignẽ cognatione attingat. Aqua satis proxima terræ est, cum & grauitate sua ad inferiora declinet, & fluxibilitate in peruium corpus se demergat, cauitatesq; obstruens se illi strictissimo confundat amplexu. præterquam quod cum in vapores perfacilè abeat, & vanescat immigrans in aerem, vel mora, vel leuitatis affinitate cum illo

init societatem, illumque inuitat ad terras. Aer se met in pabulum igni suppeditans hoc auctoramento nutrimenti auidum pellicit, atq; in intima viscera huius inferioris molis fugacissimum, leuissimumq; conuehit. helluones rapiendi auiditas facilè trahit, vel ex ipsa altissima, & splendida sede in fœdam, & abiectam.

Ex ijs mihi satis videor nudauisse naturæ ordinem, quo ipsa in connectendis elementis vsa est; reliquum nunc est, vt desiderium, & intentionem ipsius luculentiùs enucleemus. nàm quæ antea dicta sunt, apertè non conuincunt, nec rem omninò proferunt; per summa igitur elementorum stylū circũducam, raptimq; immensa percurrã

Tria habet terra, quæ ad coitionem elementorum mirè conducunt, friabilis videlicet est, hiatibus referta, & vacui impatiens. ad implendum vacuum cætera elementa affatim currunt, quia hoc est vitium, quod natura summopere abominatur; ideò ad illud reparandum elementa præsto sunt; cũ vnũquodq; naturale tangat, quod naturam ferit. Scinditur terra, facitq; vacuum,

cuum, quod ipsa solida, & immobilis nequit obstruere: hoc detrimentum sibi imposuit natura, duxitq; non ferendam iacturam; ideò iniunxit aquis vt abiecta grauitate ad stipandum inane, vel ex profundo, dempta mora consurgerent, iussitq; aerem leuitatis oblitum in ima se demergere, cladēq; integrare. hoc naturæ imperium necessarium erat ad opposita permiscenda, neq; tantùm imperio vsa est, sed vaframento quodam, & calliditate, vel melius dicemus mirabili, iuxta suū institutum, artificio ad captādas vniendasq; res se insectantes.

Natura fabricauit elementa non duntaxat temperie, sed sedibus quoq; disclusa, ità tamen vt aqua incubaret terræ, quam circumuemebat aer. Terram verò, in qua mixtiones fieri statuerat, formauit obuiam, porosam, dehiscentem, Dein ijs sic collocatis dixit, seruate sedes vestras, vnumquodq; in suę ditionis confinio persistat, ne ingeratis confusionem in mundo, qui hac locorum dispositione ordinatus sine intertrimento elegantiæ perennabit. Hoc tamen cauete, & diligenter aduertite;

tite; vacuitas infesta mihi summè est, hunc hostem à meis regnis arcete, qui non expunctus regiminis habenas frā geret. ex vobis quæ fluida sunt, huic iacturæ non succumbunt, terram verò rigidam, duram, stabilem rimosam, segmētatam huic damno non exemi, huic succurrite in tempore, & in posterum vitium facienti subuenite. Cōtinuò à decretis inanitates repletæ sūt, & in futurum prouisum, vt elementa quamuis aduersa se se inuicē illaquearent. nam dum procurrunt ad opplēdum vacuū, arctè copulantur. hacq; lege perennant res. vides naturæ astū, vt successibus orbis impleretur, & interitum rerum nouus ortus obduceret. continuò enim calor digerens, vorās, & absumens, expilat terram, vnde cōtinuò metus vacui aquam, & aerem in penitiora terræ ducit; sicq; antiqua instaurantur mixta, & recentia componuntur.

Aqua secundum terrā elementum quod descendit exuperat gentilem cōditionem cum in vapores soluta perdiscit ascensum, & dissimulatione sui vtriq; immiscetur elemento; in terris

tamen

tamen supra aerem dominium sibi vi-dicat ipsum fugans, aduentāti enim aquæ aer decedit ad tuendum locum grauiori, & ponderosiori impar; quare aqua in terrę intimā nullo obsistēte descendit. cuius contubernium nō repudiat terra gaudens pacare siccitatē suam, quamuis ingeneratam sibi, seq; in propria austeritate inhabilem, hoc condimento præstare rebus idoneam. Aer licet aquæ imperum non regat, illudit tamen in penitiora se inserens; tenuior enim crassiori aqua vlterius se penetrat, & ad secretiores partes suas vires perducit. Sicut aqua humidum defert, quod associatum sicco massam componit; ità aer, qui ad terrenæ substantiæ radicem se insinuat, humidum figit radicale, quod basis, & fundamentum viuentium est, alens quoq; in non animatis corporibus ignem.

Si à me percunctaberis, cur oleū nullum supra se liquorē admittens, statim ascendat, cæterosq; humores cupidè submittat, cum nolit ipsum se alicui subijcere, dicam id agere, quia est suæ originis memor; crassū enim illud, q̄ obseruamus olei corpus propè totum

acreum

aereum est. Aer carminatus,& effusus humiditatem suam planè obtegit, quę non nisi in coacto vberrima, & satura deprehenditur: diuulsum corpus nullam humidi notam promit, coagulatū humiditate pollet. Duplex igitur humor à terra cōbibitus est aqueus, & aereus; quem oleum, vel pinguedinē vocant. ille diuulsam terram complectēs prohibet ne distrahatur, alter ignē alens in terris detinet, quo alioqui destitutus ad suam sphęrā remearet. ergò in tantum cogitur aer, vt crassescat, pondusq; non leue adipiscatur, igniq; se subijciens in pastionem cedat, quiq; in sua sphera discretus, nec tactui, nec visui se supponit, concrescit in terris: tanta est coagulationis vis, vt videatur aer mutasse naturam, cum crassitiē induit, quod in gratiam terrarum fit, vt ignis ipsi vinciatur.

Hic, qui totus spiritus est, & nulla nouit perstringi crassitie, actuosior, cæteris elementis potentior insigniora expedit opera. huius præsentia compingit mixta discessus resoluit. hunc existimo diuini consilij impulsu ad terras immigrasse; nàm non video excepta

diuina,

diuina, quæ potestas è sua sphęra ad hunc demissum globum, ipsum extraxerit. cùm primùm igitur duo illa elementa ad prohibendum vacuū subierunt terras, ignis aeri iam implantatus, & infixus, terrestre illicò corpus exagitauit, duræ molis aditus aperuit, socia elementa in abditiores recessus induxit, massamq; fermentatione absoluit, effecitq; vt terra iàm mixtum esset.

Quia per elementa ad mixtum pergimus operę pretium est, postquam illorum genium exprompsimus, istius structuram emedullemus, quod vt liceat castigatiùs assequi, notæ cōfusionem à mixtione intersting uentes in medium producendæ sunt, quas potissimū ex mixti descriptione eruemus. Mixtio, est miscibilium alteratorum vnio. non igitur quælibet vnio, sed illa duntaxat quam inuehit alteratio, consumat mixtionem. erubescit natura aliquod opus suum renunciare, in cuius textura nō insudauerit, ideò nisi per pugnas, & profligationes, suos partus non absoluit. vnumquodq; quanto minorib⁹ conatibus cōgestum est, eò longiùs à perfectione recedit, & ex

quanto

quanto maiori prælio consurrexit, eò magis integrum, finitumq; est.

Liquida corpora, vel in exiguas, tenuesque portiones dirempta, aptissima permixtioni sunt. Aqua vinum subit, pulueres nullis conuersionibus, aut imutationibus prægredientibus sibi inuicem cedunt. sed istæ rudes, & impolitæ permixtiones à mixtorum classe, in quæ dirigit natura, longè reijciũtur. intrat aqua lanam, vel spongiã peruadẽsq; humor penitiùs imbibitur, aquæ, & spongiæ nec attrita substãtia, nec viribus fractis. confusa ista sunt, nequaquam ex præcellenti naturæ instituto, & imperio permixta, quæ illas tantùm formas iubet regnare, quę inter pugnæ ardorem emergentes elementorum altercationem sopiuerunt. nihil datur immeritis in regno naturæ, dignioribus, & validioribus imperia deferuntur. Comætæ, grandines, nubes, tumultuariam compositionẽ nactæ adumbrati, & nothi naturæ fætus censentur, nam legitimi, & maturi ad hæsione duntaxat non coalescunt; sed necesse est, vt se se peruadant, in vnũ, idemq; concurrant, vires sibi frangãt,

robur

robur, corpusq; comminuant, perq; iacturas, & clades vnionem sortiant; pugna enim non modò summos contrariorum impetus retundit, & qualitates attemperat, sed ligat substantias, eas inuicem committens, & inserens: ideò stabile, firmum, perenne, & concorde mixtum in diuersis naturis refractis consistit.

Opus igitur fuit dissentientes naturas obtinuisse elementa, vt firmiorem inirent concordiam. pollet ignis calore, frigore aqua, sicco terra, humido aer; ità rebus, non modò corpus, sed virtutem, roburq; contribuunt. Humidum siccum incessens flexibile, tractabileq; præstat, sibi verò dat compedes, limitesq; definit, quos alioqui solutum in se non inuenit. Calor massā puadens, & digerens stringit vnionem, castigat effluentias, temperat, moderatur. superuacaneū mihi videtur frigus, quod concocta, & emendata non cogit, sed acerba, incongrua seseque refutantia corpora stringit. Profectò inhabile frigus ad compingendum diuersa, vincula habet nimis dura, & rigida, non extrahit, non intrudit, nō discutit; ideò

nec

nec soluit, nec vnit ad voluntatẽ naturæ. in quid igitur hic seuerus, & inexorabilis minister productus est? vt sese opponeret calori, voracissimo igni obuiam iret, frænumq; imponeret immoderatissimæ gulæ; quæ sine hoc obicè cuncta obliguriret, nihil digereret. coercẽdo actiuitatem ignis frigus ad omnia excitanda naturalia ipsum facit opportunum, cui vires subtrahens, actuosiores reddit; & æquè frigori ardorem temperanti, ac calori producenti præclara opera referimus accepta.

At cur hoc elementum tantis virib⁹ instruere, quibus sese, & cætera conficere posset? cur eam edere caliditatem quæ vastaret, si productio rerum agitabatur? nonnè satiùs erat supremos caloris gradus in igne eò remittere vnde procreationes emanarent, quam tali furore instruere, qui cogeret dein naturam efferre frigus, quod habenas frendenti inijceret, & colluctanti temperie inclementiam ad illum numerũ deponeret, qui rerum ortibus idoneus esset; prefertim cum à non necessaria multiplicitate abhorreat natura. sed

sum-

ſumma elementis debebatur vis, vt tãta operum varietas à natura deſtinata emergeret. in aliquibus mixtis ſummus emicat calor, quem alia retuſum ſortita ſunt. vbi humidum longè ſiccum mole euincit validus exigitur ignis, qui fluentem coerceat, diſcutiat, condenſet, & congruenti mixtionis figuræ obliget. Porrò vaſtitates, deſtructiones, incendia moliebatur natura, quæ non modo ſolutum, ſed impotentem validiſſimumq; ignem petebant. Benè igitur cùm naturalibus actum eſt, in productione ignis tantis viribus præditi, qui incendere, inflammare, ſubuertere, temperare, vnire, diſſoluere, in cinerem redigere, & fabricare omnia poteſt; dummodo objciatur illi frigus, quod pro magnitudine, vel paucitate molis cui innititur modò potens, modò debilè illius acrimoniam, & impetum parùm, vel multùm, vel mediocritèr caſtiget, vt decretum, & intentum à natura opus exeat. ſic dum naturæ ledit cuiq; rei ſuã aſſignare temperiem intemperatiſſima produxit elementa, ſed inter ſe cõtraria; vt illa ſumma vis, quæ domi-

nium

[redacted]

niū nāciſci debet in mixtis, p vim ſib oppoſitam, modò ſeuere, modò leniter, & parcè correcta, quaſi in tot gradus ſeiſſa, quot ſubit caſtigationes, propè infinita temperamenta conficeret.

Elementa, quæ minori actiuitate pollent, maiori mole ad confingēda mixta concurrunt, vt granditas corporis virtutem ſegniùs agentem compenſet, inerteſq; vires, promptiores, & intentiores reddat materiæ copia. ægregiè etiā diſpoſuit natura, vt (quãuis elementa ſuo peculiari præſtent tēperamento) aliqua potiùs corpus, quã vires, alia plurimum virtutis, minimū corporis, mixtis contribuant. Terra, & aqua in vnum cocuntes maſſam cōponunt; nam hiatibus referta tellus ſe offerentem aquam excipit, cuius miſcella, mollis, tenera, & recipiendis impreſſionibus apta redditur. aqua verò priùs errans, & vaga ſiſtitur, ſicciq; beneficio terminatur. ex quibus duobus elemētis corporum baſis reſultat. nam aer non multam molem contribuit licet coaceruetur, & craſſeſcat, ſeque ſtringens verſatilem, fugientemq; formam in conſpicuam, & firmiorem

deponat. hoc enim oleum est, humiditas scilicet radicalis, & rebus infixa ignem nutriens. Ignis, qui mole minor est, vsq; dum imperfectam, & acerbam mixtionem, maturat, nam aquam, & terram laxo glutine, per se solas, vinctas agitando, excutiendo, inferendo, dissipando, coquendo firmissimè nodat, vt tali dein vinculo cohæreat, quod in interitu rerum vltimo rumpitur; compactum aerem, scilicet partem oleosam, ignis affabrè in omnes partes disponit, & insertat, postremò partim aduersantium ictibus, eneruatus, partim operis longitudine fessus, cessat: in humidum pingue se sepelit, & formæ mixti dominium sibi vindicanti tacitus obedit.

Hinc patet necessitas conferendi sũmas vires, & se se oppugnantes, elemẽtis; nam quo acrior pugna est, eò arctiùs se cõplectũtur, & penitiùs adeũt, quæq; ex seipsis, cum illis excedentibus qualitatibus, struẽdis rebus inepta fiũt, & constructis noxia, permixta, & vnita cum refracto robore ad omnia opera parata sunt. Plicantur ad ingeniũ naturæ, ad necessitates humanas, ad

vſum mundi. ſic quę videntur minari procellas, & interitus, in tranquillitatem, & vitam ponunt. præ cæteris ignis natus ad ruinas conſpirat ad integrationes, & exortus, dum deſtruere vult perſæpè reficit, & inſtaurat, cum nititur conſeruare, corrumpit. corruptio illius naturæ aſſignari debet, conſtructio caſui legãda eſt; inquietus enĩ, & edaciſſimus in vnas depopulationes conſpirat. Natura ſagax, & prouida vitæ, necisq; copiam vni fecit, vt ſciamus illinc mortem ſerpere, vnde vita irrepſit, & à quo malum accepimus dimanare bonum, nec non ab eo quod aliquando vtile fuit, detrimẽta, & exitium imminere.

Ignis dum cupidè in cætera elementa graſſatur, vt ea deuoret, ac abſumat, ſuperflua caſtigat, mixtum componit, quia ipſe laboris longitudine eneruatus aduenienti formæ paret; quod ſi non abſiſteret ab opere illud vrgendo demum perderet: ſed refractus, & emaſculatus ſuccumbit, & ex accidenti perficit quod euertere nequit. ità vt ĩpotentia facinus illud nobiliter quod validæ vires fædarent, videaturq; iuuare

uare eo quod nocendi potestas subducta est, quod liquet in viuentibus, vbi calor quamuis subiectus, & modestus sensim depascendo humidum ad marcorem perducit, vt qui prius vitã dederat ad mortem impingat.

Luculentissimam fidem huic tractationi facit vnum quodq; recidere vndè acceptum est, discedunt elementa quo venerant in dissipatione mixti, quorum tria satis perspecta habemus aerem scilicet concretum, olei speciẽ referentẽ, aquam, & terram. Inconspicuum ignem mens per opera sua captat. Huc recidũt tria illa chimicorum principia sal, sulphur, & hydrargirium, cum sal terram abiecto crassamento referat, sulphur aerem ignemq; concludat, hydrargirium aquam sapiat. circà eadem versantur ipsi, & Philosophi; nisi quod peripatetici purissima, & nondum deflorata elementa interpretantur, chimici ea statuerũt rerum principia, quæ ex alijs jam coaluerunt, nam in sale, & oleum quod densatus aer est, & terra, & aqua, & ignis commissa sunt.

SICVT IGNIS EFFORMAT mixta, quia ipsius vis mitigatur à frigore, ità dominationem legibus castigatam nobilissimos vnire principatus.

Caput. XX.



Onfusiones à suorum operum numero exhauctorat natura, mixta percenset; laxa, non colligata, nec vincta accurationem suã polluunt, quam probant concordia & manentia: Contextuum præstantia cultoris promit ingeniũ, imperfectio accusat artificem. spongia aqua madida non commendat operãtem; imò nullum opus hoc est, licet duo confuderit; combibita aqua abexpressa spõgia affatim prosilit, nihilq; frangitur in recessu aquæ cũ nihil in accessu motum sit. Validis quassibus elementorũ fœdera percutiuntur, vt consolidentur mixta

mixta, quæ consumata sunt ad vehementes ictus consistunt, tantùm abest, quod vel modica pressura distrahantur, absolutiora reputantur, quæ soli diorem, compaginem nacta sunt, quã non discerpit ignis, sed probat.

In hanc indissolubilis mixtionis perfectionem stringuntur elementa, quia debiliora potentiorum imperium acceperunt. in cæteris imperfectis coniũctionibus vnumquodq; suas vires seruans falsos, & laxos init complexus; nam cum nullum consertum sit prælium, nemo sibi dominationem parauit, aut subijt obedientiam. at integrata, & absoluta mixta firmissima fædera sanxerunt, eo quod post conflictum, victoria ex elementis aliqua ad imperium euexerit, clades alia seruitutem, & obsequium edocuerit. Quę cũ excessu virium insolescebant mox fracta obsequuntur, eo potissimum cum penès ea steterit victoria, quæ in pugna eneruata non superbiunt in imperio, nec victis insultant, sed moderatè procurant, itàq; administrant vt omnes conatus vnionem augeant, fædusq; arctius cogant. Diuersa igitur

ingenia vnit natura, quia ex illis partim ad obedientiam, partim ad dominum disponit: ità vt regatur mundus quia ipsius partes sciunt per tempora dominio vacare, & seruituti.

Acriùs confligit in se ipsum humanum genus, quam elementa, & difficiliùs incurrit vnionem. elementa semel repressa temperie coeunt, homines suis odijs incubant, ijs animum mentemq; adijciunt, languescentia resarciunt; ità vt nouis causis passim suborientibus propè extinctionē vehementiùs inflāmentur. Quæsitiori idcircò opus est imperio, & obedientia in compescendis ingenijs dissidia fouentibus. hoc necessitas ipsa quibusdam gentibus indicauit, quæ spontè prudentium virorum dictis audientes factæ sunt. ne tamen omnes eadem dominationis species caperet, dulcedo libertatis effecit, quam quidam populi penitùs exuentes manciparunt se regnantis arbitrio, alij nonnisi certis, & obseruatis conditionibus se permiserunt, nonnulli sibi ipsis parendi, & imperandi leges reseruarunt. Hinc varia magistratuū, Rerumpublicarum, Principum, Regum

gum officia, & dignitates conscriptæ sunt. præcæteris vero tutius, & magnificentius suis, & publicis rebus consuluerunt, qui vnam cooptarunt potestatem res absolute disponentem, ita tamen vt magistratus, & ordines, qui consilio imperantis, iustitiæ, & legibus adstant, nec non decreta publica, & priuilegia ciuitatum, si quid asperi, pungentisq; ex non limitata auctoritate sobolesceret, permulcerent. nam, qui obedientiam, & imperium permiscuerunt, fundarunt principatum, qui vel cum bonis legibus stare non potest, cum non vnionem mixtumq; perfectum, sed confusionem, & dissidia alternatio imperij cōsequatur. Post exactos reges hæc promiscua Romanæ plebis, & nobilitatis dominatio Rempublicam conuulsit potius, & distraxit, quam colligauerit. Religio animis infixa, periurij metus, ergà suos magistratus, reuerentiam diu tenuit. Timor hostium à seditionibus sæpissimè collegit, & extemporaneā peperit vnionem, ad defensionem quidem validam in Reipublicæ admini-

ſtratione non cohęrentem . nam recedens timor accerſebat tumultus, quod poſtquam patres inlellexerunt bellum publicæ tranquillitatis cauſam ità cõplexi ſunt, vt ampliùs non dimiſerint; ex propagatione enim imperij, ſuborientibus odijs cum finitimis, iàm profligatum naſcens integrabat. Libido rapiendi, & exterorum cura Rempub. ſuſtinuit, quæ æquiores leges victis dicebat, quam ſibi ſanciret. quippè victi in poteſtate erant, liberi Romani nulli poteſtati præterquã ſuæ addicti cæteros regentes ægriùs regebantur. Tandẽ hæc ſumma libertas in infimã corruit ſeruitutem, ſuis legibus, & magiſtratibus, quibus modò plebs aduerſus Senatum, modò Senatus in plebẽ ſe muniuerat, conuulſi ſunt. ex vſu, & neceſſitate ſæpiſſimè didicerant prędſtantiùs regimen monarchię inniti; cũ enim contingebat aliqua in parte Rẽpub. labefactari; Dictaturam, regiam poteſtatem referentem, ad ſanandum malum excitabant, quam breuem, & extemporaneam volebant timentes, ne quæ ſanitatem priùs grauiores dein morbos infligeret, quam ſi pati potuiſſent

sent tot clades nõ sustinuissent. Quamuis aliqua inueniantur remedia, quæ ægris adhibita infirmitates tollant, mox in sanis continuata naturã euertant: attamen Dictaturæ præsidium vnum erat, quod crescente Rempub. & mole, & legibus per tumultus irrogatis, & vitijs laborantem curaret, ac tueretur.

Principum Arausiorum, propè Dictatura Batauorum Rempub. primò erexit, dein in hanc vsque diem continuit. Batauicæ Reipub. durationi adiungitur opportunitas locorum, situs Ciuitatũ, angustia prouinciarum, frequẽtes munitiones, homines negotiationibus occupati, mercibus conuehẽdis erecti, & simili vitæ genere districti, extra patriam in remotissimas regiones per maris vndarumq; iactationem, trahente, ideò à factionibus otiũ comitantibus, & regnandi libidine, auerso: mercenarijs militibus vt plurimùm bella parant, quibus, nec armorum præfectis spes aliqua elucere potest, ijs gentibus libertatem affectantibus potiundi; nam cuiusque Ciuitatis expugnatio copiosum, & munitũ exer-

citum conficeret; oppida passim erecta situ, & arte inexuperabilia, ingentia flumina, mare vndique alluens, & insertum excursiones prohibent, frumentandi copiam non faciunt, expilandi ansam præcidunt, commeatibus intercedunt, quibus inhibitis militares turmæ soluuntur.

Ijs difficultatibus obuallantur Venetiæ, quæ per mille annos tranquillũ iactant imperium, duntaxat tamen à nobilibus administratum, & Ducatus dignitate in vitæ exitum producta, specie tenus monarchiæ. vnde populus nulla dominij cupiditate instinctus, cuius obsonia nũquam degustauit, nec vexationibus stimulatus, ità parere cõsueuit, sicut patres imperare: à quibus duobus dominia fulciuntur; cæterùm terrestribus armis alienigenæ Duces præponuntur, nec vni tantùm mandatur imperium, quod vires, & ansam inuadendi suggerat. ità disposita officia sunt, vt neminem ad illud fastigiũ, quod cæteris libertatem inuideat, perducant.

Respub. in angusto vix stare possunt, in amplo planè succumbunt, in

pace molestant factiones, quæ in aliqua parte vasti dominij inueniunt fomitem: cum bellum insurgit exigua superat spes perpetuandę libertatis, quā vel hostes opprimunt, aut belli duces si contingat vicisse, ipsius met propugnātis exercitus viribus publicis impensis cōtracti tyrannidem parant. ingratijs enim, & duces, & milites his duobus acquiescunt; arma scilicet, & militarē potestatem exuere, mox per castrensē licentiam acta togatorum subijcere censuræ, ideò & milites in Ducis potestate sunt, & dux prerogatiua militari fretus Rempub. pessundat.

Stabilior igitur dominatus à monarchia stat, quę cuiusq; imperij magnitudini regēdę aptissima est, atq; ad naturæ ingenium instituta, quod etiā Respublicæ ab hac dominij forma auersissimæ fatentur, cum vnum tantum bello præficiunt. vt potè cognoscentes nullam pestem bellicam artem magis labefactare, quam iubentium pluralitatem; ita vt vbi plurium manuum opus impensiùs exquiritur, vnius duntaxat capitis accipiantur imperia necesse sit; quodq; valet in bello

id in pacifico regimine congruum est; sed intensior præliorum necessitas cogit nos illud exequi consilium, quod laxamentum pacis, vel differt vel imutat; aut quid simile suggerit, vt consules, ducesq; temporaneos cum auctoritatibus ineptis, nimisq; concisis.

Verum est rerum naturalium principia tenera esse, robur dein, & duramentum ipsis accedere, mixtiones à confusione exordiuntur sicco humidũ edomante, sed laxiori fræno, quod deinde arctius imponit ignis fluxum reprimens, ac ad exigentiam mixti, ꝙ molitur, committens sicco. Plenissima agendi potestas igni inserta est, qui talẽ promit calorem, vt possit vnumquodq; construere, mox euertere, nam sine hac cumulata facultate hic rerum successus non fieret. In principatibus ijsdem viribus pollere debet, ac ignis in mixtis, dominatio, quæ diuersissima hominum capita in vnius coerceat dominantis reuerentiam, ac ad mutuam amicitiam colligat, vel saltem cogat non dissentire. potestatem igitur expletam, & aliena suffragia non aucupantem exigit principatuum dignitas,

gnitas, & robur, si diuturnitas ijs, inferenda est. nam mixta, in quibus calor natiuus languet, semisoluta statim obsidet putredo iā oppressura; sic malè vincta principatus compago fluctuat cum alienis votis subdita est; infirmiter enim nectitur, & laxa vincula assiduis iactationibus quotidiè disiunguntur. precario imperiò regnans Princeps nunquam terminantibus delationibus pulsatur, intēduntur vera, aggeruntur falsa. In vasto dominio acta omnes accipiunt, causæ delitescunt, quæ commendare possunt facta, alioqui per se solum accepta auctorē culpantia; pro vt multa patrantur à Principibus, quæ videntur vexare, cum vexationes auertant. Hinc à malignis laudabilia detorquentur in crimen. rursus auctoritatem dominantis intra certos limites angustatam suspiciosæ mentes semper aduertunt cōfinia euasisse, inter quæ dum premendam esse suadent infimi aduersus supremū obedientiam excutiunt. Sic vbi populus libertatem insolenter iactat nunquam desunt in domitis ingenijs ad commouendum incentiua: inter assiduos pa-

uores titubat quies, rarò stabilis frequenter iactata, in principatus ruinas tandem se mergens, qui eò facilius perditur, quo curiosiùs, sed non ad naturæ leges, procuratur.

Quod si demùm ista inter Principē, & subditos partita dominatio fatali inclinatione disponente, cæleſtiq; potiùs, quàm humano confluxu vna stabit, & indiuisa aliquantisper durabit, quæ scissa est; profectò conuenientes magnitudini suæ fulgores nō edet, nec maiestatem, decusq; imperij respondens viribus sustinebit. nam vel confinia propaganda sunt, vel ab ijs hostes amouendi, quorum vtrique tarditas huic regimini inseparabilis comes, & publicata consilia officiunt.

Præcipua bellorum momēta in occasionibus sunt, quas tempestiuæ deliberationes dum opportunè occupant diffluere vetant, sed istæ à cœtibus publicis hauriendæ, quamuis libratæ, & vtiles prodierint primum euulgato arcano labefactantur, dein exequendi mora corrumpuntur, ità vt Populi ijs finitimi impunitis excursionibus persultent. Absolutam igitur potestatem

non

non modo natura, sed politices instituit; illa ignem sic confecit, qui cuncta domando infinitarum, diuersarumque rerum productioni par esset; ista tantis viribus Principem instruit, vt parua, vel ampla imperia commodius, & æterne curentur. sed, inquiet aliquis, sicut ignis euertere omnia potest, ita hæc dominatio. inconsulte igitur nos euertentibus committimus, profecto inconsultissimi, & deliri ruinas, & deuastiones vltro subiremus: sed sicut ignis componit, quia soluere potest, ita Princeps confirmat principatum, quia ipsum subruendi valens est. moderata vis, vel in mediocribus, se consumit, valet summa facultas aduersus maxima, non nos credimus ijs, vt cum omnia possint, perdant, sed vt cum valentes sint, validius tueantur. Fateor sibi relicta hæc dominatio, nō secus ac ignis frenderet, ac exhauriret, sed vis illi permissa est, vt cōsolidaret, non vt frangeret. In igne vis summa requiritur, nā moderata foret inepta tantis rebus, quarum nonnullarum creatio per validiorem calorem, aliarum per mitiorem absoluitur. Ideo

ſumma illa caloris vis modò integra, modò manca, modò impetuoſa, & acerrima, modò placidior, & detumefacta innumerabilem naturalium numerum format: per tot gradus diducitur, prout à frigore, vel validiùs, vel debiliùs coercetur. Sic excelſa illa Principis poteſtas, ſuos habet gradus, ſemper abſoluta, rarò abſolutè agit; ità omnia formare poteſt, quia non ſe virib⁹ permittit, ſed vires regit, nec quod poteſt conſequitur, ſed illud tantùm intendit, quod æquum eſt; modò toto auctoritatis pondere ſe comparat, modo mitiùs ſe diſpenſat, prout exigit opus. Voracitati ignis frigus obiectum eſt, aduerſus dominationis impetum ſancitæ leges ſunt, quas optimus Princeps adorat, ſibiq; præfigit excolendas. imò pro ijs agit, in has ſe totus expromit, quæ aliquando vniuerſam auctoritatem iubent proferri. modò tantos impetus prohibent; potentiam abſque celſitudinis detrimento in gradus diuidunt, quorum iuxtà temporum, aut rerum conditionem, nunc ſupremos, nunc medios, nunc infimos euocant.

Inter

Inter hanc absolutam Principis potestatem, & leges sistitur principatus stabilis duraturus, perennis, non turbulentus, nec trepidationibus concussus, sed placidus ad humanæ indolis regimen ordinatus, vasto terrarum ambitu, & frequenti hominum incolatu dignus, ne te semper ad antiqua tempora, quæ videntur iam rubiginē contraxisse perducam, in recentissimū exemplum, ideò florens, & intactum memoriam adhuc viuidam, & calentem reuocabo.

Victor Amedeus Sabaudię Dux Caroli Emmanuellis II. nunc regnantis pater, is est, qui opportunè mihi videtur hic inserendus tamquàm operis clausula, & totius argumenti compēdium; qui vnus ea omnia optimæ procurationis documenta repræsentaret, quæ passim multi exscripserunt: vt sicut vna natura est, quæ vniuersum integrè curat; ità vnus inueniretur Princeps, quem nullum excellentis administrationis præceptum effugeret, posſetq; speculi vice fungi, in quo politices inserta naturæ legibus eluceret. Defuncto patre Carolo Emanuele hæreditatem

ditatem accepit, vel potius se illa onerauit, tunc temporis non minùs opulenta calamitatibus, quàm ditione, cuius pretiosiora viscera tres exteri exercitus dirimebant, deformabat pestis, conficiebat fames; ità vt omnia effugia ad solum interitum paterent; nam quibus parcebat fæuitia belli, erat pestis inexorata, vel tandem à fame venia non impetrabatur. Pessum euntibus omnibus, & se se ruinis in cumulo prementibus, sagax, & illis temporibus natus Dux mala singillatim aggressus non est, sed vniuersim rescidit. non abstulit armis bellum, non pestilentē afflatum aeris salubritate purgauit. nō famem annonæ pretio oppressit; sed ac si hæc nullius pensi essent prius ad ordinandas leges iniuria temporum labefactatas, & non leui ruina collaplasse conuertit. quibus instaurandis ità totus fuit, vt non modò veteribus pristinum nitorem restituerit, sed nouas rogauerit, quæ antiquorum omissiones obduxerunt, & senio inclinantibus adminiculatæ sunt. quas & si statim non euulgauit, continuò tamen ab exortu suæ administrationis sibi præ-

cepit

cepit, ad illas animum suum direxit, illas imperio præmisit, quod ad moderationem legum omninò temperauit. sic extincto bello, surrexit pax, pestilentem morbum deleuit sanitas, instauratus terræ cultus annonæ copiā restituit. Pedemontium, & Sabaudiæ Principatus iàm soluebatur, nisi in Principē leges obseruantē incidisset, qui eò nō se mouit quò iniuriarū vltio inuitabat, nec belli furoribus agitatus. suo, & alieno detrimento in eo perstitit, sed meditatus est quid prudentia, quid tempora, quid principatus cōmodum suadebat, huic se accommodauit, & ad iusti regiminis leges, non ad petulantiam, & ambitionem consilia disposuit: nō progressus est quò poterat, sed quo tempestatis inclinabat conditio: absolutam quippè potentiā leges, quibus obtemperabat coercuerunt: æquè sibi, ac subditis iustitiam indixit, quam, sicut ipse curauit, ne falleret, ità subditos ne peccarent seuerè prohibuit, oblitterās mulctis homicidia, grassationes, & cætera mala, quæ bella inuehunt, abducens ab erroribus subditos sibi, Deoq; obliga-

uit, à quo deinde expunctis pestilentiæ seminibus, & cælis terræ conciliatis pax, sanitas, & fructuum vbertas promanarunt, mixtumq; propè diuulsum confirmatum est, cum additione nouæ prouinciæ creuit, subditorumq; diuitiæ in dies coalescentes paucis annis pristino robore, & flore clades texerunt.

Princeps qui nonnisi ad legum modum vult posse, non modò suam contrahit potentiam, sed expandit; si enim hanc semper totam impenderet, tandem nullā faceret, quæ è contra iuxtà leges se promens roboratur in dies. hic Princeps septē regnauit annos, quos si conferas cum facinoribus censebis sæcula (tanti est excubare rebus suis) ipsi ad vnguem innotescebat, quid acciperet, & quid daret, vigilantissimus patrimonij stationarius, quod à nemine expilari passus est, & liberalis in eos qui suam ex merito prouocassent liberalitatem. omnia obiuit, quæ amplissimi Reges in latiori imperio non superant. aulæ cultus nitidissimus percellens officialium numero, ornamentorum elegantia, diuitia supellectilis.

lis. ab apice vsq; ad ministrorum vltimum continuatus splendor nullibi intercisus, nec offuscatus, sed ad proportionem partium illustris vndiq; & ex ordine sibi respondens: vestibula prætorianis munita, atria equitibus stipata, nobilium numerus, & lautitia satis erant ad qualemcunq; maiestatē exornandam: munera venationis ad modum regium distincta. quocunq; incidebant oculi, vel in grauibus, vel in leuibus supercilio digna notabant. mos quippe antiquissimus est Sabaudiæ Ducum regiæ apparatum, & cultum amplitudini domus, & ditionis extensioni congruentem instruere; attamen insumptus, quos in adornanda aula subibat, præ cæteris non magni reputabantur; nam licet pacis amans parare bellum coactus fuit, constructoq; exercitu, vel aliena inuasit, vel sua propugnauit: munitiones validis præsidijs tenuit, ex quibus multas propugnaculis auxit, alias à fundamentis erexit. Instaurauit cum Heluetijs fædus, nobiles legationes emisit, nouam Taurinensem ciuitatem veteri continuauit operibus, palatia molitus est

non

nō modo enormi capacitate, sed pretiositate materiæ, animi sui magnitudinem prodentia, quibus fastigium nō impoluit breuitate vitę pulcherrima incepta sua perfectione frustrante.

Ædium potissimùm construendarū satagebat, quia hæc pars aduersabatur maiestati Sabaudię Ducum, qui cū in Sabaudia per sæcula degerint. postquā in Italiam sedem deportauerunt Taurini ædes non extruxerunt quales antiquissimæ familiæ claritudo, & imperij decus exposcebant: iugi bellorum iactatione nobilissimas mentes à pręclaro opere ad vrgentiora auertente. Postquam igitur à bello Victor Amedeus respirauit, vt animum suum propemodum ab angustijs explicaret, hāc non modo labem obducere, sed illustrare adnixus est. Ijs serpentibus luminibus intercessit mors non tamen ipsa extinguens, & funere obruens: nam Regia vxor filij tutrix, & principatus moderatrix eosdem spiritus inter populares turbas, & ciuilia bella aluit, quibus vtcunq; compositis, licet externa adhuc sæuirent, ità præstantiam mentis, & animi amplitudinem rebus dis-

dispensauit, vt & bellum regeret, & ceteris operibus non perfunctoriè vacaret; præcipuè ædificiorum constructionibus incubuit, & hanc partem aliqualiter mancam non modò non impleuit, sed nobilitauit: vt optimæ Reginæ industria, & sedulitas videatur apud posteritatem præsentium temporum, & multò magis præteritorū iniquitatem excusauisse; quæ illa nō modò non sęua, sed mitissima interpretabitur, cum ab ijs impetratum sit, quod meliora non permiserint. si in Padi ripis hærebis, si colles ascendes, si ciuitatem lustrabis multiplicem structurā miraberis, & nullam non regiam, vel mole, vel ingenio artificum, vel excellentia materiæ. excelsam moderatricis gloriam cumulat quod ipsa exēplo, adhortationibus, liberalitate, religiosos, aulicos, ciues genium Principis combibentes, ità ad templa, & priuatas ædes, vel reficiendas, vel à radicibus eleuandas inflāmauit, vt Taurinensis Ciuitas, quæ à viginti annis humilitate premebatur, ad expolitarū Italiæ vrbium depressionem emicet; quæ tamē hunc fastū suæ Principi debet;

bet, non eo minorem quam primi cõditores meruerunt. nam qui exactus rerum æstimator fluxorum temporum obscuritatem, cum decurrentium splẽdore conferet, non sartam, ac instauratam ciuitatem, aut nouis machinis insignitam, sed refectam, & ex composito fundatã esse censebit.

Augustus cum iàm senex ad sua laudabiliora facinora respiceret illud frequenter repetebat, hanc vrbem lateritiam inueni marmoreã relinquo; sibi videbatur domorum sumptuositatem munificentiam suam, & egregiam administrationem proferre; satisq; testari ciuium opera quo temperamento in curanda Republica vsus esset; nõ enim nisi Principis integritati fidentes, & calamitatibus non deformatos ædium poliendarum solicitudo incessiuisset. At nostræ Principis procurationem hæc sola gloria nõ occupat, quæ istud Sabaudiæ, & Pedemontium dominationis mixtum intestinis morbis dissiliens, cura, solertia, liberalitate, officijs, & sagacitate reposuit; ingenium coniecturæ temporum aptans, ità seruiuit fortunæ, vt eam perdomuerit, &

dito.

ditionem, quam vis belli fregerat, integram filio restituat. ad quæ profundiora ministeria nõ descendimus, quia in hoc opere instituimus mortuorum duntaxat monumenta exarare, & antiquitati potissimùm hærere, sed ista habbeunt aliquando suam lucem.

FINIS.









Vita Nova
di M. Sillitti

Latina - (B. Piave)
1971